49 facta cõdẽnatio.¶ †Ideo pone hîc ſingularẽ intellectũ ꝙ ꝓcedit illa generalitas in iudicijs vniuerſalib⁹ ſeu generalib⁹,in quib⁹ multa ſunt ſpecialia:vt plenè dixi in.c.ij.de libe. obl.& hũc intellectũ ad hoc.c.&.c.cũ venerabilis j.de reli.do.ſentit no.Ioan.an.in addi. Spe.præal.§.qualiter.ver.quid ſi reus.vbi dicit ꝙ in particularib⁹ nõ valet ſententia,niſi ſit certa ex ſe vel certificari poſsit p̃ acta.per l.pe.p̃all.Ideo cõcludit nõ valere hãc ſenten
e tiã,[c] ꝓnũtio vt talis iudex in tali cã pronũciauit,ex quo illa ſnĩa nõ eſt ꝓducta in actis,ſecus in vniuerſalib⁹ iudicijs ſeu generalibus:
50 vt hîc.¶ †No.bñ ex hoc & ex tex.ꝙ cũ eps petit ſubiectionẽ in eccleſia,valet hæc ſentẽtia.adiudicamus tibi ius Ep̃ale in tali eccleſia licet aliter iura epiſcopalia nõ exprimãf.hoc dico notandũ propter ea quæ not. Inn. in.c. conquerẽte.de off.ord.vide tamen quæ dixi in.d.c.ij.Et hæc faciunt ad qõ.quotidianã:aſſumptus fuit ſapiens ad conſulendũ in certa cauſa,qui conſuluit reũ condẽnãdum:iudex redacto cõſilio in actis pronũtiauit hoc modo: ꝓnunciam⁹ p̃ omnia vt ĩ cõſilio in actis
f redacto cõtinetur,an valeat talis ſententia.[f]

legiſtæ

¶ Sententia . An valeat ſententia lata ſecundum formã cõſilĩ. de hac q.vide plenè per do.Ant.in.c.cõſtitutus.&.c.cum venerabilis. de reli. do.& Bal.ĩ.l.j.circa prin. C. de ſen. ex pericu.reci.vbi dicit quòd iudex non poteſt pronũtiare ſecundum cõ ſilium ſapientis clauſum:ſed debet aperire & legere, ſecundum domin. Bartho . de belen. adde vltra eum pro confirmatione, quod ſingu.tenet contra Ange. conſilio . ccxlij. quod incip.domina liberina demantua . & teneas bene menti : quia poſſes lucrari vnã bonam veſtem . vbi conſuluit ꝙ ſi de cauſa vertente coram ordinario:puta coram poteſtate ſit petitum conſilium ſapientis & cauſa ſit commiſſa conſilio vnius confidentis partium : pone portatur iſtud cõſilium clauſum iudici ordinario qui diſſigillat & dicit pronuntio prout in iſto conſilio cõtinetur ad verbũ: & poſtea tradit conſilium notario blãchi: & notarius in fine ſcribit

qualiter ordinarius pronuntiauit: prout in isto cõsilio cõtinet: cõsuluit Ang. & bene, q̃ ista snĩa est ipso iure nulla. quare? qa sententia diffinitiua debet de necessitate ꝓferri de rescripti recitatiõe: iudex ergo ordinari⁹ debuit priõ scribere ista verba ꝓnũtio: ꝓut in isto cõsilio cõtinetur, & posteà ꝓferre, si secus fecit sententia est nulla. & istã decisionem Ang. pro singulari refert & sequit do. Ant. & Alex. in l. j. circa fi. C. si adu er. liber. & sic refert & sequit do. Iaso. de mayno in l. nec qcq̃. §. vbi decretũ. ff. de offi. proconsu.

ANT. FRAN. ¶ Circa hoc an valeat snĩa lata secũdũ cõsiliũ sapiẽtis. Dicas q̃ cõsilio clauso non valet: sed eo aperto sic: aliàs est nulla. ita notabiliter voluit Bal. in l. j. in j. col. C. de sent. exper. recitã. quod intellige verũ si feratur à iudice: non si feratur ab arbitratore: ꝓut etiã voluit Bal. & post eũ Ange. ĩ. d. l. j. in vlt. col. & Lãfr. de oria. in c. qm̃ contra. s̃. de ꝓbat. in ver. snĩa. & Inn. in c. qntauallis. in. ij. col. de iureiu. & vide Pau. de ca. in l. si pses. C. de sent. imo. dixit Bart. in l. j. C. si aduer. liberta. hîc all. ĩ ver. facit ad qõnem: q̃ snĩa nõ est cõdemnatoria q̃ ferẽ secũdum cõsiliũ in quo cõcludit esse cõdẽnandũ: sec⁹ si cõsultor vtit verbo cõdẽnam⁹: vel si iudex dicit condemnamus secundũ cõsiliũ. de quo vide ꝑ Alex. post Bal. Ang. in. l. j. §. si quis ita. de ver. obl. & Rotã. in. l. j. de iud. & in rub. de arbi. & Bar. in l. fundus. ff. de rescin. ven. & Paul. de cas. in cõsi. xv. inci. pro clariori. & vide Alexã. in cõsil. clxxxiiij. in iij. parte ad fi. vbi ponit: an valeat snĩa quę ferẽ secũdũ cõsiliũ habendũ à cõsultore. & an valeat sentẽtia ferẽda de consilio sapiẽtis si feratur sine eo qñ statutũ reqrit q̃ feratur de consilio sapiẽtis. vide Bar. in l. j. §. si plures in ver.

legistæ plenè tractant in l. j. C. si aduer. lib. & plenè Ioan. an. in addi. Spec. de excep. §. viso: ver. porrò. vbi Spe. ponit hoc casu bonã practicã per quã euitãt variæ opi. de quibus statim dicet. & eã ibi vide. sed in qõne principali. Bar. in d. l. j. tenet snĩam non valere: qa consiliũ dicit cõdẽnãdũ. iudex ergo sequẽdo formam cõsilij refert se etiã ad futurũ: & sic de ꝑsenti nõ cõdẽnat nec absoluit cõtra. l. quid tamẽ. ff. de arb. & l. ait ꝓtor. ff. de re iud. Cy. post Pet. tenet cõtrariũ vt res potius valeat &c. Idẽ ibi Bal. quia verba cõsilij dirigunt ad iudicẽ: iõ sunt de futuro: sed iudex videt pronunciare de ꝑsenti, cũ aliàs snĩa nõ esset cõformis libello. all. l. fund⁹. de rescin. vẽ. Io. an. in loco ꝑalle. post multa distinguit inter diffinitiuam & interlocutoriã: vt diffinitiua nõ teneat: interlocutoria sic. Rõ. diuersitatis est † quia diffinitiua debet ꝓferri in scriptis: nõ sic interlocutoria: quia satis est q̃ postmodũ reducatur ꝑ notariũ in scriptis: vt leg. & no. in. c. fi. de re. iu. li. vj. & c. qm̃ cõtra falsam. s̃. de ꝓb. sed qñ iudex sic ꝓnũtiat: nec absoluit nec cõdẽnat ex scripto: cõiter tenet q̃ snĩa valeat: quod videt tenẽdũ saltẽ in re dubia, per. c. abbate. de ver. fi. & l. quoties. ff. de ver. obl. & de subtilitate iuris videtur multũ restringere cõsideratio Io. an. sed quia maximè in sententijs debemus cõsiderare mẽtẽ potiꝰ q̃ verba: mẽs aũt iudicis est cõdẽnare de ꝑsenti: quia aliàs non esset snĩa: & interꝑtatio debet fieri vt cõueniat rei de qua agit: vt in c. inter dilectos. de fi. istr. teneo partẽ q̃ snĩa valeat. ꝑ quo all. tex. satis no. in. c. in his quę. j. de ver. sig. qui optimè facit: maximè cõiuncta. l. ait ꝓtor. ff. de re iu. ¶ † Ex qb⁹ aũt actis debet snĩa certificari. Quidã dicũt q̃ ex ꝓbatorijs, vt ex attestationibus, instrumẽtis, vel cõfessionib⁹: vt no. in. d. l. pe. Alij dicũt sufficere q̃ ex assertorijs: vt ex libello. quod sentit Io. an. ĩ. d. ver. qd si iudex, vbi dicit valere snĩam si iudex dicat cõdẽno te ad petita. Bar. ĩ. d. l. iij. sic distiguit, q̃ aut iudex retulit se ad certa acta, & nõ est vis q̃ sint illa dũmõ ex illis possit certificari: vt. d. l. ait ꝓtor. &. l. quid tñ. Aut nõ retulit se ad certa acta: sed generaliter dixit cõdẽno te ad id quod debes: & tũc oportet cõstare ex actis ꝓbatorijs: & bene loquit q̃ ex sola assertione libelli nõ cõstat illũ debere: & q̃ valeat talis snĩa est tex. iũcta gl. in. d. l. quid tñ. ff. de arb. ¶ † Tertiò principaliter opp. producẽs instrumentũ nõ põt cõtra illud dicere: vt in. c. cũ olim. de cẽsi. facit quod leg. & no. in. c. imputari. de fi. inst. ergo pars monasterij[a] nõ potuit aliquid allegare cõtra instrm̃ per se productũ. So. dicit Inn. q̃ licet ꝓducẽs instrumẽtũ nõ possit illud redarguere de falso: vt in cõtrario. potest tamẽ dicere q̃ cõtra ipsum nõ facit. ita dicebat hîc monasteriũ q̃ instrumẽtũ authẽticũ nõ erat Sabin. sed certè hoc nõ soluit cõtrariũ: quia respectu trãssumpti quod monasterium seu ipsius sindicus ꝓduxit allegabatur falsitas: vt in litera. Ideo dico q̃ hoc est speciale fa-

quartò quæro. ff. de exerci. act. vbi dicit q̃ nõ valet. & vide Bar. & Imo. in. c. cũ olim. de arb. & Alex. in cõs. lij. in. iiij. parte consi. & in. l. j. ff. de libe. & posth

a ✠ SEBA. SAPI. ¶ Pars monasterij. Vide Bald. in. l. si qs testibus. C. de test. vbi dicit q̃ si ꝓduxit instrm̃ scriptũ manu cuiusdã notarij aliàs inhabilis videor eam approbare. adeò q̃ si contra me ꝓducat aliud instrumentũ scriptum manu illius notarij, non potero dicere illũ notariũ inhabilẽ. & an & qñ qs possit venire contra illud quod semel approbauit vide latèp Fel. ĩ. c. cap̃m sanctę crucis. col. xiij. cũ pluribus seq. s̃. de rescr. & nunqd approbat⁹ in vno off. possit in alio reprobari. vide all. ꝑ. Dec. ĩ. cõ. lxxxvj. co. vj.

uore ecclesię: quia vt in litera dicitur delictũ personæ non debuit ecclesiæ præiudicare.

54 ¶ † Itẽ dic q̃ dictũ Inn. nõ est indistinctè verũ: vnde distingue q̃ aut sciẽter quis produxit instrumẽtũ & ꝓcedit dictũ Inno. vt non possit cõtra illud allegare falsitatẽ, cum ipse de hoc possit accusari & puniri. & hoc etiã voluit Bar. in. d. l. post legatũ. Aut produxit ignoranter, & tunc ipsemet potest dicere illud falsum: vt probatur in. d. l. post legatum. & ibi Bar. & optimè facit. l. q̃ ignorans. ff. de fal. vbi hoc ꝓbat. & intellige qñ ꝓbabiliter

55 ignorauit. ¶ † Et ex p̃dictis etiã infertur secundũ Inno. q̃ ex quo semel approbaui aliquẽ ad certũ officiũ non possum ampliꝰ illũ respectu eiusdẽ officij reprobare: vt patet in teste quẽ semel ꝓduxi. vt. iiij. q. iij. c. si testes. §. si quis testib⁹. nisi ex cã superueniẽte: vt in c. insinuãte. de offi. dele. Et plus not. dicit q̃ b etiã respectu alterius officij nõ possum reprobare: dũmodo sit tale ad quod personæ consimiles admittant: secus si dissimiles: vñ si approbaui aliquẽ in iudicẽ, possum eũ reprobare si producit contra me in testẽ: quia persona criminosa põt esse iudex. iuxta not. plenè in. c. scisscitatus. de reseri. sed non testis: vt in. c. testimoniũ. de test. quod not. ex hoc aliàs dixi q̃ licet scholaris fuerit approbat⁹ in rectorem studij, non tamen per hoc concludit q̃ non possit reprobari in examine: quia illud est diuersum officium: nã illiteratus potest esse iudex dummodo habeat peritiam causarum. vt in. l. licet. C. de iudi. no. gl. in. d. c. scisscitatus. nõ tamẽ doct. vt in. l. magistros. C. de profes. & medi. lib. x. & l. vnica. C. de profes. qui in vr. cõstan. lib. xij. nec statutũ vniuersitatis in cõtrariũ valet: quia hoc nõ est in potestate eorũ. doct. enim in approbãdo sunt vt testes & cancellarius confert honorem doctoratus loco principis. ad hoc cle. ij. de magi. facit quod no. Bart. in proœ. ff. & videt quod dixi in. c. proposuisti. de probatio. & pro dicto Innocen. alleg. bon. text. cum gloss. in cap. accepimus. de æta. & qualita. vbi hoc videtur quasi expressum. & vi-

56 de etiam gloss. in. c. scriptum. de elect. ¶ † Limita tamen hoc dictum vt procedat respectu priuati quia approbauit vel tolerauit in vno officio, sed respectu superioris non procedit indistinctè. dico enim quòd potest illum examinare cùm est transferendus. ad illud officium: quia potuit effici indignus argu. leg. magistros. & quod ibi not. C. de profes. & medic. libr. x. & pro hac limitatione mea videtur textus in capitul. in causis. de elect. & in capit. scriptum. præalleg. & ibi hoc idem videtur velle Ioan. Andr. post Vicen. super gloss. in versic. præsumptione.

57 ¶ † Quartò & vltimò fortiter vltra alios oppo. sic: dubia probatio recipit interpretationem ex partium confessione. vt in cap. cum Ioannes. de fid. instrumen. sed hæc pars monasterij proposuerat quòd permutatio facta fuerat cum Epõ Sabin. ergo originale

ANT. FRAN. ¶ Vtrum approbatus in vno offi possit in alio reprobari: dicas q̃ nõ qñ illud aliud offm̃ reqrit eãdẽ idoneitatẽ personę. ita Bal. in. l. j. in vlti. col. C. de serui. & in. l. si quis testibus. in. j. col. C. de test. vbi dicit idẽ esse ĩ testẽ quẽ semel approbaui. & ita dicit intelgẽda esse dicta Inno. hîc. & do. An. & aliorũ in. c. pñtiũ hîc all. quod intellige verũ nisi sit medic⁹ vel grãmatic⁹, quia semel approbatus põt etiã reprobari, vt habet per glos. & doc. in. l. põpo. de neg. ge. & ꝑ Bar. ĩ l. dispensatorẽ. ff.

¶ Reprobare. Vtrũ si approbo aliquẽ in vno officio videar eũ approbare in alio: & vide ꝑ Ant. in. c. pñtiũ. de test. ĩ. v. col. & ĩ. d. c. ẽt. ponit an si semel approbaui testẽ post ea inter aliàs personas possim eum reprobare.

de so. & vide Spe. hîc oînoĩ ti. de arbit. in. §. sequit. in prin. & in ti. de te ste. in. §. pe. Adde tñ q̃ põt approbari factũ & reprobari eius qualitas, vt not. voluit Bal. in. l. j. in. ñ. col. C. de furt. Et ad de etiam q̃ hæres approbans testamentũ obligat se ad legata facta in ipso testõ etiam inualida, ita Bald. in. l. non dubiũ. C. de testa. in princ.

✠ SEBA. SAPI.

a ¶ Notoriũ. Vide not. per Fel. ĩ. c. cũ ordinẽ, co. vij. ver si. prima declaratio. ŝ. de resc. vbi tãgit qñ notoriũ nõ indigeat allegatione. vide etiã Moder. in. l. ñ. ff. si qs ius di. nõ obtẽpe.

b ¶ Et in hoc contrariũ tenet hîc. d. Anto. & q̃ eo facit gl. in ver. notorie. in cle. pastoralis. de re iud. & quod no. doct. in ca. ex parte. el. j. de appel.

c ¶ Attenditur poti⁹ via terrestris q̃ aquestris. de quo vltra. d. Ant. hîc satis etiã p. d. Ant. in. d. c. nõnulli. de resc. & Arch. in c. statutũ. §. cũ aũt. de resc. in. vj. & vide Bar. in. l. in itinere. ff. de ver. sig. & Bal. hîc & q̃ attendi debeat via breuior dũmodo nõ sit periculosa. alle. opi. Bart. in. l. veteres. ff. de excu. tu. sed tu sup hoc ar. distingue pulchrè vt per Bar. in l. j. in fin. ff. si quis cau. Imo. ĩ. l. cõtinu⁹. §. cũ ita. ff. de verb. oblig. & ad hoc all. bo. tex. in l. ñ. §. peñ. ff. si qs cau. & refert Plutarch⁹ in vita Catonis, q̃ tribus cũ per oẽm ætatem pñiam egisse: primò si quod arcanũ mulieri credidisset. secundò si p aquã traiecisset & poterat per terrã q̃ficisci. tertiò si aliquos dies per incuriam sine ꝑtu-

faciẽs mẽtionẽ de episcopo Theodosio simpliciter debebat intelligi q̃ ille Theodo. erat eps Sabiñ. Sol. dico q̃ hîc nõ fuit facta mẽtio de episcopo Sabiñ. in forma cõfessionis sicut in. c. cũ Ioannes. sed in forma exceptiõis vt colligitur ex litera. ¶ †Et ex hoc intellectu colligo singulare & notabile dictũ quod nescio alibi. videlicet q̃ ex rei exceptione nõ solùm nõ fundatur actoris intentio: q̃nimo nec declaratur dubia q̃batio ipsius actoris ad ipsius cõmodũ. & idẽ dic breuiter si reus aliquid ponit in articulis: quia articulans nõ fatetur. vt no. Io. An. in. c. cũ in positiõibus. de iureiu. li. vj. Secũdò potest dici q̃ hæc cõfessio emanauerat falsò, & erat fundata super falso instrumento: vnde sicut falsitas nõ nocet monasterio. ita nec illa confessio.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Exceptio nõ admißa & ob id fuit appellatum, debet coram iudice appellatiõis declarari vera.*

2 *Dieta vltra quam prohibetur quis tradi, connumeratur à fine diœcesis non autem à loco habitationis.*

Citatus non tenetur comparere quotiescunque notorium est quòd sibi competit declinatoria fori: nec tenet processus cõtra eũ factus. & nu. 4.

5 *Dieta an sit consideranda per aquã an per terrã, dato quòd vna istarum viarũ sit breuior vel lõgior alia?*

6 *Dieta an consideretur vsque ad locum vbi causa est cõmißa: vel ad locum ad quem se iudices conferunt?*

Iudex cõmißarius deputatus, vt iudicet sub commoratione loci, vbi resident non potest vltra illum locum iudicare.

7 *Iudex appellationis, si ad ipsum fuit appellatũ circa vnum articulum: an debeat, vel posßit se intromittere super tota causa?*

¶ *CAP. VII.*

OLim & infra.

1 †Qui propter exceptionẽ nõ admißam appellat, coram iudice appellatiõis probare debet exceptionẽ esse verã. ita cõmuniter sumatur: sed secundũ hãc summationẽ hæc de cre. est de indubio per. c. interposita. de app. ideo potest summari aliter intelligẽdo q̃ hîc scribitur executoribus illarũ sententiarũ: & sic exceptio inferens nullitatem sententiæ etiam corã executore auditur ad affectum, vt si veram esse cognouerit supersedeat. Vel tertiò sic intelligendo q̃ isti erãt iudices appellationis. Si exceptio iurisdictionis exclusiua propter quam fuit appellatum probatur vera: iudex appellatiõis non debet de principali cognoscere sed supersedere. & tã iste quàm præcedẽs est notabilis intellectus. In prima ponitur appellantis querela. In secunda prouisio. ibi: *discretioni*. Et vt patet ex prædictis habet iste tex. duos intellectus: secundũ primum & magis communem pone sic casum. ¶ V. tractus coram iudice delegato opposuit q̃ trahebatur vltra duas dietas. replicabatur vt in litera. demum propter exceptionem nõ admißam fuit appellatum: delegatus appellatione non obstante excõica-

uit illum. V. & fuerunt impetratæ literę ab aduersario super executione istius sententiæ ad istos de quibus in suprascriptione: coram quibus. V. proposuit exceptionem suam: & quia non audiebatur mãdat eis papa vt in litera patet secundũ alium intellectũ. pone casum q̃. V. appellauit & impetrauit literas ad istos iudices in suprascriptione contentos: quibus papa mãdauit vt patet in litera. & iste intellectus est magis planus & literæ consentaneꝰ. nã si scriberetur executoribus, papa non mandaret eis vt ipsi decernerent appellationem esse legitimam: quia non pertinet hoc ad eorũ officium: sed solùm debet cognoscere ad effectum exequẽdi vel supersedendi: vt in. c. decæterorũ. de re iudi. vbi plenè tracta bo hũc articulũ an & quas exceptiões debet executor admittere. Item facit. c. cùm contingat. de rescri. & no. in. c. pastoralis. §. quia verò. & quod ibi no. de officio delega. Prætereà pro isto intellectu facit, quia appellatione pendente non debet fieri executio latæ sententiæ post appellationem: cum validitas gestorũ post appellationem à grauamine dependeat ab ipsa appellatione: vt in c. non solum. de appel. libro sexto. vnde si factam contigisset vt recitat glossa fina. non mãdasset papa vt executores cognoscerẽt aliquo modo de appellatione. sed vt supersederent in euentum causæ appellationis. & miror q̃ glo. & docto. hoc non ponderauerunt. ideo tene alium intellectum. ¶ †No. ibi: *extra suam diœcesim &c.* q̃ duæ dietæ quibus prohibetur tractus nõ cõputantur à loco habitationis: sed à fine diœce. cõcor. c. nõnulli. de rescri. & clarius tenent docto. ibi. hodie verò non potest quis trahi vltra vnam: vt in. c. statutum. de rescrip. lib. vj. ¶ No. secundô practicã procedendi cum quis citatur vltra duas dietas: debet eñ hoc proponere coram iudice: & si non audietur debet appellare. ¶ †Ex hoc infero ad duas quæstiones. prima nunquid citatus vltra duas dietas hodie vltra vnam teneatur comparere ad excipiendum contra rescriptum? Gof. & Hos. arguũt ad partes q̃ teneatur ire. alleg. l. arbiter. calendis. §. j. ff. de arbit. & ŝ. de offi. deleg. c. prudentiam. In contrarium est. l. non videtur. & l. si quis ex aliena. ff. de iud. & l. ex quacunq̃. ff. si quis in ius voc. tamen hæc vltima duo iura videntur potiꝰ p contraria parte. Cõcludũt tamen præfati doc. q̃ ire teneatur si dubitatur de dietis: vel an literæ sint obtentæ de consensu procuratorum quos partes habent in curia, aliâs nõ teneretur ire si nullum dubium est. Aduerte q̃ doc. hanc eãdem quæstionẽ formant in. d. c. nonnulli. & cõiter cõcludũt oppositum dicẽtes q̃ debet ire ad allegandum priuilegium suũ per d. l. si quis ex aliena. cũ similibus sed mihi plus placet opin. præcedens, quia vbicũq̃ notorium[a] est q̃ citatio competit declinatoria, nõ tenetur cõparere[b] vt. d. l. non videtur. ff. de iudi. no. Inn. in c. ij. de dila. & glo. in. c. super literis. de rescrip. in versi. nisi forsan. quæ loquitur quasi in terminis nostris. & glo. in. c. veniens. de accu. & in. c. si Episcopus. iij. quæst. ij. & Io. an. in regula, scienti. de reg. iu. in merc. facit optimè tex. cum glo. in. c. pastoralis. §. pisana. de re iud. Et ad istum tex. dicit q̃ iste voluit vt saltẽ euitaret prę

4 iudicium facti comparere, vel factũ erat dubium. ¶ †Secunda quæstio est nunquid teneret processus si non compareret. dic quòd re existente dubia teneret etiam si prius non pronunciaret se iudicem: quia rescriptum tenet mero iure licet competat exceptio iurisdictionis elisiua, vt satis colligi potest ex. c. nonnulli. sed hodie potest dici contrarium per. c. statutum de rescrip. lib.

5 vj. in fi. ¶ †Tertiò quæritur quid si ad iudicem citantem iter est per aquam & per terram. sed per aquã nõ distat vltra vnam dietam: per terram verò quatuor vel econuerso, quæ via attenditur an terrestris vel marina. Quidam dixerunt considerandum esse viam vsitatiorem & frequentiorem. argu. in. l. distin. c. sæpe. & l. si putator. ff. ad legem aquil. & de sponsa. c. ex literis. & l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fundo instruct. Goffre. & Hostien. dicunt frequentius esse vt considerentur itinera terrestria, 'maximè tempore hyemali quo solet periculosa nauigatio esse. C. de offic. recto. prouin. l. ciuitas. Item termini diœce. melius distinguuntur per terram quàm in mari vel aquis. facit quod not. in Specu. de cita. post princip. & hæc satis placẽt. de materia ista vi-

6 de plures quæstiones docto. in dicto. c. nonnulli. ¶ †Gloss. j. quę rit quid si literę impetrantur vltra duas dietas: sed iudices conferunt se ad locum propinquum, nunquid reus teneat rñdere?

Gloss. ista

Glo.iſta dicit quòd ſic:quia hîc & in.d.c.nõnulli.ſolùm ponderatur tractus.olim tẽpore iſtorũ iuriũ erat hæc opi.vera,& ſatis faciebat iſte tex.& ratio.d.c.nõnulli.ſed hodie poteſt ꝓcedere, dũ modo iudex non exeat locum commiſsiõis: vt puta ſi eſt deputatus in certa diœceſi nõ põt illã exire:ſed intra illã poteſt ſe appropinquare:vt probat in.c.ſtatutũ.§.in nullo. ꝑalle.& videt iudicio meo facta cõmiſsio in certo loco nõ ſolũ qñ hoc exprimitur:ſed etiã ſi in cõmiſsione exprimatur dioce.iudicis.Et ſi dicatur inta li loco commorãti, põt tũc cognoſcere in loco moræ licet non ſit intra ſuã dioceſim.ad hoc bon⁹ text.in.c.fi.de rerũ permu. & ibi hoc tenet Ioã.an.quod ſemp notabis: quia quotidie accidit.

7 ¶ †Gl.ij.opponit de multis iuribus & bene ſoluit.ſed tu de iſta materia dic vt lati⁹ dicet in.c.interpoſitã j.de appel.& ibi eſt bo. tex.principalis & fundamentũ huius materiæ.¶ Vltima gl.op.videtur em̃ ꝙ iuſtificata appellatione nõ debeant iudices ſupерſedere:ſed ꝓcedere in cauſa:cùm ipſi ſuccedant loco primorũ iudicũ:vt in.c.vt debitus.de appel.Sol.gl.ponit intellectum quẽ.s.recitaui:vt patet ex ea.Ex quo intellectu collige no.quod dixi in ſecũdo ſummario.Pet.& Abb.ponũt aliũ intellectũ ꝙ iſti quibus nũc ſcribitur erãt iudices appellationis.& hæc lec. eſt verior & notabilior:vt.s.dixi.Et ad contrarium dic ꝙ procedit qñ exceptio propter quã appellatur nõ venit ad declinandã & extinguẽdam iuriſdictionẽ iudicis:ſed concernit intentionẽ actoris.tunc em̃ cùm iudex appellatiõis ſuccedat loco primi iudicis debet iuſtificata appellatione de cauſa cognoſcere.ſed cũ exceptio extinguit iuriſdictionem iudicis,debet iſte facere quod primus iudex erat de iure facturus.ſ.ſuperſedere & pronunciare ſe non iudicẽ: aliâs ſi dicerem⁹ oppoſitũ,iſte per ſuã exceptionẽ quaſi nihil obtineret.nec huic intellectui obſt.c.ex parte.iij.de quo Pet.& Ab. opponũt & nõ ſoluũt:quia(vt ibi no.)illi iudices fuerũt de nouo dati non contra matrẽ appellantem ſed contra filios in quos erat actio dirigenda.& ita potuiſſet papa facere hoc ſi voluiſſet ſed voluit ſupplere de facto.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus & periurus poſſunt pro defenſione eccleſiæ ipſorum excipere & opponere illa crimina quibus ipſi tenentur.*
Excommunicati poſſunt electionem de indigno factam incuſare.
2 *Excommunicati & periuri non ſunt ipſo iure priuati beneficio.*
3 *Electio facta de excommunicato eſt ipſo iure nulla.ſi verò excommunicatio venit poſt electionem:talis electio poteſt caſſari.*
4 *Periuri repelluntur ab agendo vel accuſando ſicut alij criminoſi:ab excipiendo verò non repelluntur.*
5 *Replicatio vbi elidit exceptionem debet primò probari:quia ea probata manet exceptio inefficax.*
6 *Excommunicatus & periurus an audiuntur tanquàm rei voluntarij?*
Ius ſuum dicitur proſequi ille qui non vult ſuperiorem non idoneum.
7 *Exceptio criminis an tollatur per replicationem eiuſdem criminis & ſic an paria delicta mutua compenſatione tollantur.17.*
8 *Si tu excipis quòd gabella non eſt ſoluta de contractu in quo me fundo: & ego excipio quòd nec tu ſoluiſti:tua exceptio non tollitur per meã replicationem.*
9 *Replicatio debet elidere exceptionem.*
10 *Bannitus poteſt alium bannitum impune occidere:ſtante ſtatuto quòd bãnitus poſsit impune occidi.*
11 *Bannitus ex forma ſtatuti non poteſt nec agere nec excipere: nec vnus bannitus poteſt agere nec excipere contra alium bannitum.*
12 *Iudex poteſt ex officio etiam parte non excipiẽte perſonas indignas à teſtimonio repellere.*
13 *Statutum tollens defenſionem tam circa perſonam quàm circa res an valeat?*
14 *Appellatio poteſt tolli per principem.*
15 *Statutum quòd bannitus poſsit impune offendi valet.*
16 *Teſtis contra quem exipitur de crimine:non poteſt contra excipientem de ſimili crimine replicare.*
18 *Calor iracundiæ non excuſat quem ab iniuria.*
19 *Vſurarius volẽs recipere vſuras non auditur niſi reſtituat quas extorſit.*

dio tranſiuiſſet.& adde ꝙ imputatur alicui caſus fortuitus eo quia non iuit per viam ſeu iter conſuetum ſecundũ Bar.in.l.cũ proponas. C. de nau.fœ.& in.l.j.ff.de his qui deie.vel effu.facit quod no Ang.in.§.his igitur.in prin.inſtit.de iuſti.& iure.

ANTO.FRAN.¶Quomodo fiat cõputatio dietarũ & qualiter debeat fieri mẽſuratio. primò dicas ꝙ mẽſuratio non fit à porta ſed à cõtinẽtib⁹ ædificijs. itẽ fit ꝑ viã magis vſitatã,vel etiã ꝑ aerẽ ſi aliter fieri non põt.vt ple.ꝑ Bart. in.l.j.ff.ſi qs cau.hîc alle.& qñ vna via eſt lõgior altera,dicas ꝙ mẽſuratio debet fieri per viam longiorem ſi fortè agat de vita hominis. vt per.d.Anto.& Imol.in. c.nõnulli.de reſcrip. & ꝑ Imo.plenè in.l.cõtinu⁹. in.§. cũ ita. hîc allega.& vide Bar.in. l.imperator.de appel.vtrũ aũt dicta intelligat ſecũdũ legalẽ diſpoſitionẽ anverò ſecũdũ cõſuetudinẽ regionis. vide glo. & docto. in.c.nõnulli de reſcri.& in. c. ſtatutũ.§.cũ vẽrò.c.tit. lib.vj. & adde ꝙ dicta cõputãt à fine diœceſis domicilij ipſius rei ſecũdũ Io.an.in. c.ſtatutũ. & vide do. de Rora. in deci. ccccccxliiij.incip. cõiter tenet Ro.in antiqs.&adde etiã ꝙ dicta in realib⁹ cõputantur à loco in quo eſt res.& ꝑ d.Car.in cle. j. de reſcri.& tene mẽti quod dixit Bal. in.l.ſi tibi manda uero.ff.cõm.ꝙ qſacit dictã nimis lõgã diciẽtẽ ĩ culpa.

¶ CAP. VIII.

DIlecti filii. Per excommunicationis vel periurij exceptionẽ à ſua vel eccleſiæ ſuæ defenſione quis repelli non debet.vel ſic.Pro defenſione ſuæ eccleſiæ põt quis opponere exceptionem excõicationis periurij,vel aliã legitimam exceptiõem:nec per replicationẽ excõicationis vel periurij repelli põt.h.d.Prĩa pars ponit rationẽ appellantis.Secunda dat iudicẽ. ibi: *quocirca*. ¶ Caſus literalis.Quidam canonic⁹ gradẽſ. M.nomine.electus fuit in priorẽ eiuſdẽ eccleſiæ.ſed S.G.& P.canonici ſanctæ Mariæ ſe opponebant electioni illius: vnde contra illos literas impetrauit.Ipſi coram iudicibus conſtituti propoſuerunt ꝙ dictus.M.nõ debebat audiri eo ꝙ erat excõicatus & periurus:ſed dictus.M.cõtra.G.&.P.in modũ exceptionis & replicationis obiecit periuriũ & excõicationẽ,& replicationẽ excõicatiõis cõtra.S.vt eorũ exceptionẽ elideret.ſed procurator illorũ rñdit ꝙ ꝓbatio illius electi ſuper hoc recipi nõ debebat:quia & ſi illa etiã probarent,nõ eſſent ꝓpterea à defenſione ſuæ eccleſiæ repellendi.& ſi excõicatio cõtra dictũ electũ ꝓbaret in modũ exceptionis repelleret ab agẽdo:ſed replicatio excõicatiõis etiã ꝓbata cõtra.S.nõ repelleret eũ à defendendo.iudices interlocuti fuerunt:ꝙ pri⁹ reciperent ꝓbationes ſuper replicatione præmiſſa:ꝓpter quod ad ſedẽ apoſtolicã appellauit.mãdat papa quatenus ſi eſt ita reuocet in irritũ qcqd fuit factũ põſt appellationẽ.

1 Bern. ¶ †No.primò ꝙ excõicati vel piuri poſſunt ſe opponere cõtra electionẽ de indigno factã in eorũ eccleſia:ac illa eadẽ crimina ꝙb⁹ ipſi tenẽtur electo opponere. ¶ †Ex quo inferẽt ꝙ excõicat⁹ & periur⁹ nõ eſt ipo iure priuatus titulo ſui beneficij:quod intelige:vt no.Inn.in.c.cũ noſtris.de cõcef.ꝓb.vide quod dixi.s.in.c.querelã.de iureiurã.facit c.j.de iud. ¶ †No.tertiò ꝙ electo petẽti ſuã cõfirmationẽ vel agenti cõtra ſibi reſiſtẽtes: obſtat exceptio periurij & excõicationis: & ſi iſta inerãt tpe electiõis,electio fuit nulla: vt in.c.fi.de cle.excõ.&.c.cũ in cũctis.de ele. & quod no.in.d.c.querelã.ſi aũt ſuperuenerũt,poſſunt opponi ad effectum repellendi electũ ab agendo:vt eius electio caſſet:vt in c.ſuper his.de accu.& dic vt ibi. ¶ †No.arg. ꝓ locũ à ſpãli ꝙ periuriũ repellit quẽ ab agẽdo.hîc em̃ dicit ꝙ nõ repellit quẽ à defenſione ſuæ eccleſiæ.ergo aliter agentem repellit.

a Ioan. And.hîc dicit ꝙ periuriũ[a] non impedit agentem ſed confirmationem petentem ſic: quia illius intẽtionẽ perimit.ſicut repellit ordinãdũ.de temp.or.c.fi.& teſtem.s. de teſti. c.teſtimõiũ.Ego dico ꝙ periuriũ nõ repellit niſi quemadmodum alia crimina. nam criminoſi à multis repelluntur:vt in.c.j.& in.c. cum dilectus.de accu.&.iiij.q.vj.c. omnib⁹.

2

3

4

SEBA.SAPI. ¶ Terreſtria, Vide Alexã. in cõſi. xxxij.incip. conſideratis verbis ſtatuti in.iiij.volu.& quot miliaria faciãt vnã dietã ꝓ mare tangit Bart. in tractatu de inſula.col.iij.vbi dicit ꝙ quinquaginta miliaria requirũt.

SEBA.SAPI, a ¶ Periuriũ. Vide Ro.ĩ ſin.cccxcj.ĩc. tu ſai.vbi dicit ꝙ piur⁹ nõ ꝓt agere ĩ cã ĩ qua fuit piurus.vide Alc.ĩ cõſ. xvij.ĩc.ꝑideratis.

col.ij.in.iij vol. & in cõſi.lxxvj.inci. viſis.col.iiij.in. v. vol.& in.l.ſi quis maior.col.fi.C.de tranſac.

vnde criminoſi non poſſunt alios denũtiare vel accuſare.vt in iuribus præalleg. hîc em̃ admittunt quia defendebãt eccleſiam ꝓpriã. & ſecũdũ hoc procedit hîc arg.à ſpeciali an ſuſpenſus ab officio & beneficio poſsit agere.dic vt noj̃.c.ꝓxi.¶ †No.ꝙ vbi replicatio elidit exceptionẽ debet prius ipſius probatio admitti:quia ea ꝓbata remaneret exceptio inefficax. de hoc tamẽ vide quod in ſimili dixi in.c.j.de or.cog.&.l.circa.ff.de ꝓb. & pleni⁹ in terminis noſtris dixi poſt Io.an. in.c.à nobis.s̃.e.dic vt ibi.¶ †Gl.j.colligit ꝙ quilibet admittendus eſt ad defenſionẽ ſuæ eccleſiæ:etiã periurus & excõicat⁹.¶ Sed cõ tra hoc & cõtra tex.oppo.videtur em̃ ꝙ iſti non eſſent admittendi cũ ipſi opponerẽt ſe iſti electo & ſic erant rei volũtarij qui cẽſen tur actores.& ad hoc.c. exhibita.de iudi. & quod no.in.c.ſuper eo.de ele.facit.c.cum inter.s̃.eo.vbi excõicato permittitur dũtaxat ſtricta defenſio:vnde ꝓhibetur reconuẽtio: ne remediũ defenſionis permiſſum trahatur ad impugnatiõis materiã.& ſic nullo modo excõicatus poteſt impugnare alium etiã ad cõmodũ eccleſiæ:vt in.d.c.exhibita.Sol.Inn. s̃.eo.c.cũ inter.fatetur contrariũ,dicens excõicatũ non poſſe excipere contra petẽtem cõfirmationẽ,ne defenſio trahatur ad impugnationem:& quia cũ ſit extra eccleſiã propter delictũ ſuũ non intereſt ſua:nec põt excõmunicationẽ vel aliud crimen obijcere. argu.xxvj.diſt.c.vna tantũ.& quia cũ trabẽ geſtat in oculo non poteſt feſtucam de oculo fratris eruere.iij.q.vij.§.tria.in fi.Ad hanc decre. reſpondet ꝙ loquitur in reo neceſſario:quod videtur colligi ex litera ibi. *traxiſſet in cauſam &c.* voluntarius aũt debet primò fundare intentionẽ ſuã in iudicio:quod facere nõ põt excommunicatus : neceſſarius aũt firmat intentionẽ ſuã in perſonã hoc ipõ ꝙ vocatus & citatus eſt ad iudiciciũ.de iudi. c.intelleximus.&.l.inter ſtipulantẽ.§.j.ff.de verb.obl.Hoſ.in.d.c.cũ inter.& hîc tenet oppoſitũ adducens iſtũ tex.in eo ꝙ iſti canonici prius ſe opponebãt huic electo.&ſic erant voluntarij.Itẽ adducit caſum de trãſlato ad alium epiſcopatum cui per canonicũ ad impediendã poſſeſsionẽ opponebatur crimen cũ infamia: contra quã ipſe tranſlatus replicat excõicationẽ:& dicitClementẽ quartũm diffiniuiſſe ꝙ replicatio non elidebat exceptionẽ licet ille eſſet reus volũtarius prouocans non prouocatus.ideo concludit Hoſti. illã diſtinctionẽ Inn.inter reũ neceſſariũ & voluntariũ nõ admittendã:niſi illã ſaluando dicamus ſecũdũ eũ iſtũ qui vult malũ prẽlatũm repellere forẽ neceſſarium & non volũtariũ.Quid em̃ grauius,intolerabili⁹ & periculoſi⁹ eſt q̃ ꝙ detur lupus loco paſtoris,diſſipator loco tutoris:homicida pro medico: tyrãnus pro defenſore:inimicus pro aduocato?certè nihil.vt.s̃.de elect.nihil eſt . & . c. ne ꝓ defectu.&.xl.diſt.c.multi.Itẽ cũ excõmunicato reſeruetur exceptio contra tẽporalem iudicẽ delegatũ ſuſpectũ,forti⁹ debet reſeruari cõtra ordinariũ qui eſt perpetuus. & hoc dictũ Hoſt.dixit Spe.curiã ſeruare.ſ. ꝙ excõicatus pro eccleſia ſua poſsit opponere cõtra petentẽ cõfirmationẽ etiam ſi volũtariè veniat:vt no.in Spe.de actore.§.j.ver.itẽ ꝙ excõicat⁹. hoc etiã videtur ſequi Io.an.Et ad.c.exhibita.præalle.dicit poſſe dici ꝙ ſi canonicus excõmunicatus prouocat ad iudiciũ,dans libellũ vt caſſetur electio repellitur per exceptionẽ: ſi verò contra prouocantẽ ad confirmationẽ excipit etiam ſi ſponte veniat admittet.hoc etiam dictũ videtur ſequi do. Ant.nec Inn.cõtradicit in hoc caſu propoſito ſi bene ponderentur dicta ſua in.c.ſuper his. de accu.in.ij.col.vbi dicit ꝙ criminoſus non admittitur contra petentẽ cõfirmationem,niſi ſua interſit:puta ꝙ ſit futurus ſuus prẽlatus,vel ſit patronus.nemini em̃ ius ſuũ proſequenti obſtat exceptio criminis.arg.iiij.q.vj.c.oĩbus.ſecũdũ eũ.& pondera bene ſuam rationẽ, vult em̃ ꝙ excipiẽs cõtra futurũ prælatũ ſuum dicit ius ſuũ ꝓſequi.nedũ eccleſiã ſuã defendere. excõicatus aũt nõ repellitur à proſecutiõe iuris ſui.procedat ergo dictũ Inn. in d.c.cũ inter.cũ criminoſus excipit tanquã vnus de populo contra petentẽ confirmationem.& fortè poſſet attentari ꝙ quilibet etiã laicus futurus etiã ſubiectus eſt admittẽdus contra petentẽ cõfirmationẽ nõ obſtãte replicatiõe criminis,ꝓ rationẽ. s̃. dictã. & facit.c.audacter.in fi.vij.q.j.ad p̃dicta etiã facit quod no . Ioã. an.in.c.piaj̃.eo.li.vj.vbi cõcordãdo Inn.dicit ꝙ admittitur excõicatus appellans extra iudicium qñ aliquod præiudiciũ ex omiſſione poteſt ſibi generari.ſed in caſu noſtro præiudicium generaretur huic excõicato ſi non poſſet ſe opponere contra petentem confirmationem:quia obtenta cõfirmatione mitteretur in poſſeſsionẽ,& durius tũc repelleret.iuxta ea q̃ leg.& no.in.c.veniẽs ij.de teſt.¶ †Oppo.hîc cõtra exceptionẽ criminis nõ datur replicatio criminis.& ſic videt ꝙ cõtra exceptionẽ doli nõ detur replicatio doli.quod videtur etiam probari in.l.apud iulianum. §.marcellus.ff.de doli exce.¶ Sed cõtra hoc op.de.l.cùm mulier. &.l.viro atꝙ vxore.ff.ſol.mat.vbi ſi cõtra mulierem repetẽtem dotem vir excipit de adulterio admittitur replicatio mulieri cõtra virũ de lenocinio.Ad idẽ.c. penul.& vltj̃.de adul.vbi contra proponentẽ adulterium mulieris,mulier admittitur proponens adulterium viri.& ſic mutua cõpenſatione crimina tolluntur. Sol.gl.fi.hîc ſatis in ſua materia notãda intrat hanc difficultatem & in effectu pro ſolutione cõcludit quòd replicatio admittitur quando ea nõ admiſſa excipiens remaneret in lucro. exemplum in.d.l.cũ mulier.&.d.c.pen.reijcitur vera replicatio ſi ea admiſſa agẽs remaneret in lucro.ſic loquitur.d.§.marcellus.& caſus eſt hîc.nã ſi replicatio iſtius electi fuiſſet admiſſa, admitteretur iſte electus excommunicatus ad agendum.& ſic reportaret commodum.& ſic admittendo vel denegando eadem eſt ratio:ne alter remaneat in lucro,alter in dãno.hoc vult in effectu tota iſta glo. hunc articulum attingit Inn.in.c intelleximus.de adult.& aliqd poſuit in.c.ſi quis presbiterorũ.de reb.eccl.non alie.ſed Bart.& Bal.poſt Iac.de are.& Butriga.clarius ꝓcedũt in.l.cũ mulier. & l.viro.ff.ſol.matri.Et primò ponam duas theoricas ad cognoſcẽdum an & qñ[a] exceptio doli ſeu criminis tollatur replicatiõe doli ſeu alterius criminis.Secũdò ſubijciã exẽpla ad maiorem clari tatem:quia materia eſt difficilis.Tertiò ponam aliquas quæſtiones notabiles & dubitabiles.Quartò formabo ex me vnam paruam diſtinctionem pro aliquali introductione ad materiam.

¶ Prima theorica eſt legiſtarum & maximè Barto.in.d.l. cum mulier.dicentis quod aut excipiens certat de lucro captãdo . & admittitur replicatio doli,ne cõis malitia proſit ſibi & alteri noceat.exemplum in.d.l.cum mulier.vxor repetit dotem, vel agit vt admittatur ad conſortium viri.maritus autem excipit de adulterio ad lucrandũ dotẽ.mulier replicat quod etiã ipſe fuit adulteratus:certè admittitur replicatio mulieris:vt ibi:& in.c.intelleximus.de adulterijs.Aut excipiens tractat de damno vitando,& non admittitur replicatio.Exemplum pone hîc in cap. noſtro. & in.l.apud celſum.§.marcellus.ff.de do.excep . Item ſecundum eum quando ſunt actor & reus in pari cauſa.magis enim fauendum eſt tunc reo excipienti quàm actori replicanti.ar.in regula, in pari cauſa.de reg.iur.lib.vj.¶ †Et per hoc dicit Bartol . poſt Iacob. Butr . quòd ſi ſtatuto[b] cauetur quòd non valeat ipſo iure contractus ſi non ſit ſoluta gabella : & nos ſimul contraximus nec ſoluimus gabellam: quòd ſi poſtmodum peto à te:quia vendidiſti & tu excipis de inualiditate contractus quia non ſolui

a ¶No.hic pleniſſimè an & qñ contra excipiẽtem de dolo ſeu crĩe admittatur replicatio doli vel alterius criminis, & adde his quæ ſcribũt do.Ab.& docto.in.c.pe.& vlt. de adult. & vide pulchrè per Bar. in.l.viro atꝙ vxore.in vl.col.ff.ſol. ma.& ꝑ Inno. c.ſi qs ꝑſoiterorũ. de re.eccle.nõ alie.

ANT.FRAN. ¶An replicatio doli vel alteri⁹ criminis & qñ nõ admittit cõtra replicationẽ alteri⁹:dicas ꝙ nõ admittatur qñ replicans tractat de lucro . ita Bar. in. l. papinia.§ . marcellus. ff.de doli excepr. & ibi ꝑ Alex.ſed ſi replicãs tractat de dãno admittit replicatio, niſi in odiũfœneratoris: vt in.c.qa fruſtra. de vſur.& niſi qñ exceptio eſt de inhabilitate perſonę ad agendum quia tunc iudex etiam ex officio repelleret:vt in leg. quos ꝓhibet . de poſthu . & habet ꝑ Inn.in. c. intelleximus.de adul. & per Specu.in ti.de exc.in.§.fin.

SEBA.SAPI.

b ¶ Si ſtatuto. Vide And.ſic.in conſi.xciij.col.ñ.in.j. vo.Are.in cõſi.cj. in fi.& ĩ cõſi.cxxviij.col.iij.& ſeq.

a non ſolui gabellam[a] & ego replico ꝙ nec tu ſoluiſti, hæc replicatio mea non debet admitti,eſt tamen alia ratio efficacior:qa propter tuum nō ſoluere gabellam validatur contractus.& ſic hęc replicatio non elidit exceptionem meam,quod facere debet replicatio.vtj.dicā.Hæc dicit Bar.vera qñ replicatio opp.poſt lit. cōte. & ad merita cauſæ , vt tunc excipiēs certās de lucro repellaſ per replicationē paris criminis:quo caſu intelligiſ.d.c. cū eccleſiaſticę.s̄.eod.quod not.pro intellectu illius.c.ſecus dicit qñ exceptio inhabilitans opponitur ad perſonam.tunc em̄ non eliditur ꝑ replicationē paris criminis.rō eſt quia reus eoipſo habilitaſ ꝙ trahitur ad iudicium.ideo pōt excipere contra actorem:nec pōt repelli per replicationē,cū ſit reus neceſſarius vt hic.ita dicit Inno.s̄.e.c.cū inter.& videbo.gl.in.c.à nobis.s̄ . eo.hæc dicit ipſe vera niſi actor ſit domeſtic⁹ familiaris ipſius rei:quia tunc nō poterit ipſe reus:licet neceſſarius excipere contra perſonā ipſius actoris cùm ante ipſum tolerauit in familiaritate.allegat.c. nulli.de accuſa.

¶ Sed aduerte quia gl.ibi & Innoc.& gl.in.§.hoc.ij.qō.vij.dicunt illud.c.ponere ſpeciale in eꝓo qui tenetur habere in ſua familiaritate bonos & graues,iō non poteſt contra illos poſtea excipere. quinimo Inno.voluit reſtringere illum tex.ad cubicularios dūtaxat:quia præcipiſ eꝓo vt eos habeat honeſtos & graues.ij.qō.vij.c.cū paſtoralis.ſecus in alijs clericis quos interdū bon⁹ prælatus tolerat ꝓpter ſcandalum,quod eſt bene no.& ex his habes theo-

9 ricam Bar.extenſam & declaratam. ¶ †Venio ad ſecundam quā licet ſenſerit hīc.d.Ant.tñ latius & clari⁹ poſuit Io.an.s̄.e.c.à nobis.non aſtringens ſe ad replicationem criminis : ſed generaliter loquēs dixit ꝙ effectus replicationis eſt reſoluere vel expugnare exceptionem.nam ſicut ſe habet exceptio ad actionem: ita ſe habet replicatio ad exceptionem.l.ij.ff.e.tit.oportet ergo ad hoc vt replicatio admittatur & operetur effectum ſuum ꝙ ſit pertinens & talis quæ vitiet exceptionē.nam impertinens repelleret. alleg. ad hoc iſtum tex.vel ꝙ perſonā afficiat vt hīc. Et ſi diceres qñ dicitur reſoluere exceptionē ? dico ꝙ non poteſt dari certa doctrina,ſed ex natura exceptionis & replicationis pōt perpendi conſi-

10 deratis maximè quæ dicta ſunt. ¶ † Ex his infertur ad aliquas qōnes:& primò pone ſtatutum dicit ꝙ bānitus poſsit impune offendi,accuſatur titius ꝙ percuſsit ſemproniū:excipit titius ꝙ ſempronius eſt bannitus & ſic poterat impune offendi, replicat ſempronius ꝙ etiam ipſe titius eſt bānitus nunquid debeat admitti replicatio?concludit Bar.poſt Iac.de Are.in.d.l. cū mulier.ꝙ nō: quia cum titius ſit reus neceſſarius poteſt proponere oēm exceptionem inhabilitantem accuſatorem : nec poteſt ipſe repelli.ad hoc optimè facit iſte text.& gloſſ.in.d.c.à nobis.& quod.s̄.dixi.

11 ¶ †Secundò quæritur quid ſi ſtatuto cauetur vt bannitus[b] non
b audiatur nec agendo nec excipiēdo , agit titius cōtra ſemproniū: excipit ſempronius titium eſſe bānitū:& ſic nō debere audiri excipiens contra agentem,replicat titius ꝙ ipſe ſempronius, eſt bānitus.& ſic non debet audiri excipiens.quid fiet? non enim poterit audire vnum quin incidat in ſtatutū.Iac.de Are.tenuit excipiētem non audiendum obſtante ſtatuto.ſed Bar. poſt multa cōcludit non procedere iudicium, quia qua ratiōe nō debet audiri re⁹ excipiens:eadem ratiōe nō debet audiri actor agens: ex quo vterque eſt bānitus:& ratione bāni debet iudex vtrunq; repellere , & hoc mihi placet, nam actor poteſt repelli iudicis officio . vt in.l. quos prohibet.ff.de poſt.vnde licet reus non audiatur,non tamē

12 filet iudicis officium. ¶ †Et vide ad hoc quod no.Inno.in.c.intimauit.de teſti.vbi dicit iudicē ex officio ſuo poſſe etiā nullo excipiente indignas perſonas à teſtimonio repellere.d.l.quos prohibet.Idem dico in alijs actibus iudicialibus.vtj.e.c.exceptionē. vide bo,tex. cū glo.no.in.c.quærendum.& in.c.qui ſunt.ij.q.vij.& poteſt iudex ex officio repellere perſonas inhabiles etiam ſi aduerſus propter ſuū delictum ſit priuatus facultate excipiendi.vt no. voluerunt gl.& Inno.in.c.nulli.de accu.& gl.in.c. alieni.ij.q.vij.

13 ¶ †Reuocat tamen Bar.in dubium.nunquid valet ſtatutum tollens defenſionem : cū nec bānito nec excōicato nec quantūcūque crimino ſo ſit auferenda defenſio,vt in.c.cū inter.s̄.e. eſt enim de iure naturali.& ideo nec per legem nec per principem tolli pōt, vt eſt tex.in cle.paſtoralis.de re iudi.& per hanc rationē dicit ipſe
c non valere ſtatutum.[c]exceptionem verò voluntariā poteſt ſecū

a ¶ Si tu excipis cōtra me ꝙ ego non ſolui gabellā de contractu replicatio mea ꝙ etiam tu eam nō ſolueris non iuuat me.& vide de hac.q. per.d. Anto.hīc, & Bar.in.l.ſi.§.pe.ff.de eo per quem.

b ✠SEBA.SAPI. ¶Vt bānitus.Vide Ang.de Are.in prin. inſti.de excep.col.xxv. Alex.in cōſi.xxx.col.ij.in.iiij.vo.& in ſimili Pe.de Anc. in.c.canonū ſtatuta.co.lxv.et.lxvij. s̄.de cōſti.Nellū in trac. bānitorū.ī.ij. qōne ſecūdi tpis.

c ¶Vtrū valeat ſtatutū ꝙ bānitus nō audiatur nec agendo nec excipiēdo vel defendēdo . & vide quod de hoc latè ſcripſit.d.Bar. de bellē.in.cle.paſtoralis. de re iudi.
ANTO.FRAN.

c ¶Qñ bānitus non debet audiri ex forma ſtatuti,non valet ſnīa lata ꝑ eo. vide ꝙ alex. plenè in cōſ.lxxxj.in. ij. parte cōſi. & adde ꝙ bānitus ꝓhibitus agere ꝙ ꝓcur. vel ceſſionariū. ita Bal.in.l. ſi cū dotē §.ſi patri.in.iij.no. ff.ſol.mat.& no.in l.iiij.§.ſi cōem.ff.ſi niū.re.& ꝙ Bald.ī. c.j.ī.j.col.in tit.hīc finiſ lex cōra . & ꝙ Ioā.an.in.c. venies de accu.& ꝙ Paul. de caſt.ī.l.papinia n⁹ exuli.ff.de mīo. adde tñ ꝙ bannit⁹ ꝓhibit⁹ agere pōt tñ l cām cœptā añ bānū finire & ꝓſequi . ad quod vide Bar.in.l.deferre . in prin.ff.de iu. fiſ.& Bar.& Ang.in rubri.C.de dela.li.x. & Bart.ī.l.mutius in prin. vlti.col.ff. de fideiuſ. & habetur ꝙ Bal. ī.l.leges la.j.C.de legi.& in l.nec intētio . in fi. de tranſac. & in.l. peréptorias.C.ſen tē.reſcin.nō po. in vij.col.vbi dicit ꝙ bānitus audiri pōt oppōere exceptionē ītētiōis & facti.

✠SEBA.SAPI.

d ¶ Homicidium. Quod talem defenſionē ſtatutū poſſit tollere ſētit Bar. ī.l.vt vim.ff. de iuſti.& iur . vbi vult ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ bānit⁹ poſsit ī pune offēdi,ſi qs bānitū aggrediatur, nō pōt bānitus licitè ſeipſum defēdere. ꝙ dictū tenet Nellus in tract . bānitorū in ſecūda parte ſecūdæ ꝑtis qō.

d dum eū,ſtatutum tollere:vt puta vt nō poſſit alium defendere,ſed tu dic lati⁹ poſt Bal. ibi:ꝙ quædā eſt defenſio in qua nil agit quis ſed ſolū negat.& illa nō poteſt tolli.vñ actore non probante reus negans debet abſolui. de iureiur.c.fina.&.l.qui accuſare. C.de edē. Quædā eſt defenſio in qua reus aliquid vult conſequi.& tūc ſi illa eſt de iure naturali nō pōt per ſtatutū tolli , vt puta ſi reus ꝓponit ꝙ homicidiū[d] cōmiſit ad defenſionē ſuā vel qd ſimile .l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.&.c.dilecto.de ſen.exc.li.vj.& iſte eſt proprius caſus d.cle.paſtoralis.aut de iure ciuili,vt exceptio præſcriptionis rei iud.vel ſimilis. & illæ pōt per ſtatutū tolli.ar.bo.in.c.quo iure.viij. diſtin.facit aut.quæ ſupplicatio.C.de preci.impe.offer.ciuilis em̄ ratio poteſt ea quæ iuris ciuilis ſunt tollere.naturalia verò iura corrūpere nō pōt.inſti.de iure na. gē.§.ſed naturalia.&.v.di.in prin.facit quod no.gl.in.l.quoties.C.de preci.impe.offe.& ꝑ hoc habes intellectum ad cle.paſtoralis præal.vt nō ītelli

14 gaſ in qualibet defenſiōe.¶ †Vide ſimile. appellatio eſt defenſio:vt ī.c.ſuggeſtum.de ap. & in.c.cū inter.s̄.e.& tamē pōt tolli per principē,vt in.c.ſuper quæſtionū.de off.deleg.&

15 l.j.ff.qui & à qui.ap.non licet.¶ †Poſſet etiā circa ꝓdicta dubitari nunquid valeat ſtatutum vt poſsit bānitus impune offendi.& dic ꝙ ſic.de quo plenè per Bart.in.l.omnes ppli. ff.de iuſt.& iur.& per Io.an.in addi. Spe.ī ti. de conſti.princ.ſunt enim hoſtes ciuitatis.& perdūt omnia iura ciuitatis.vt in.l.amiſsiōe. ff.de capi.dimi.&.l.minimè.ff.de reli.& ſūp.

16 fu.& vtrobiq; plenè per Bar.¶ †Tertiò prīcipaliter qro pone ꝙ teſtis cui obijcitur crimen cū infamia replicat cōtra opponētem ꝙ etiam ipſe criminoſus eſt:nūquid debeat admitti replicatio?gl.in.l.iij.ff.de teſti.videtur ſentire ꝙ ſic. cōtrarium tenet Bar.ī.d.l. cum mulier.nā excipiens tractat de dāno vitando ergo non debet repelli replicatione criminis vt dixi.Item hæc replicatio non elidit ſeu reſoluit exceptionem , quia teſtis producit vt fiat fides iudici.ſed iudex non debet inclinari ad magis credendum:quia excipiens eſt infamis:& ſic per vtrāq; theoricam.s̄.traditā replicatio eſt repellenda.& idem tenet gl.in.d. c.teſtimonium.s̄.de teſti.vide quod no.Inn.

17 in.d.c.intelleximus.¶ †Finaliter circa hanc materiam pone hanc breuem diſtinctionem ꝙ aut agitur criminaliſ aut ciuiliter. Primo caſu non obſtat replicatio alterius vel exceptio alterius criminis:quia non relatione criminis:ſed innocentia reus purgaſ: vt.l.negāda.C.qui accu.non poſſ.quæ eſt canonizata. iij.q.xj.c.neganda.tamen de hoc articulo dicendū eſt vt plenè leg.& nota.per Bar.in.l.is qui reus.ff.de publ.iudi.admittitur tamē obiectio annexi criminis,vt accuſator nō repelatur ſed vterque probato delicto puniaſ. vt ſi maritus accuſat vxorem de adulterio criminaliſ,& vxor excipit de lenocinio, admittitur em̄ & habet effectū cuiuſdā accuſatiōis

xlix.& Paul.de ca.in.l.si seruus.C.de his qui ad eccle.confu.& hoc dictũ Bar.dicit esse stupendum Feli.hic.

a ✠SEBA.SAPI.¶Notabile.vide Barto.in.l.quæ omnia.§.j.ff. de procu.vbi dicit per illũ tex.ꝙ si quis mihi dicat cõuitiũ vel aliquod crimẽ obijciat possum ei impune dicere tu mẽtiris.refert & sequitur.d. Ias. in.l.vt vim. col. fi. ff.de iusti. & iure. ANTO.FRAN.

b ¶An & qñ absolutio possit concedi ad cautelam. & qũo fiat,& an possit fieri p iudicẽ appellatiõis.vide plenè p Spe.ĩ ti.de sẽ. in.§.vt aũt. in ver. porrò.el.iij.vsque ad ver.postremò. & in ver. qd si scribat.vbi plenè examinat istã materiã absolutionis ab excõicatione ad cautelã.& ibi ẽt ponit an absolutio ĩiusta teneat siue qs sit ligatus vnica siue pluribus excõicatiõibus. & vide ẽt in tit.de ꝓb. in.§. iij.in ver.sed nũqd & Inno.in.c.solet. circa prin.de sent. excõmuni.

c ¶Iudex absolvere. Pondera bene, qa in quantũ dicebat sed probare p testes nullitatẽ, ꝙ non loquit de nullitare quę resultat ex varietate facti. Andr. Barb.

✠SEBA.SAPI.

c ¶Absoluere.alios casus ponit Io. de ana.in.c.j.col. vlti. ĵ.de maledi. Albe. de ros.in.l.à procedẽte.C.de dilatio. gl.& alij.in.c.significasti.ĵ. de eo qui duxit ĩ matr. Abb. & Imol.in.c.ab excõmunicato. s̃. de rescrip.

d ¶Debemus ĩtelligere.Pondera. qa sequitur ꝙ ista absolutio ad cautelã si fit fauore eccl'iæ sequitur ĩdultum operatur ad fauorẽ suspensi cùm illum non petierit. pondera,quia oppositit de nullitate pondera etiam: qa nõ apparet de qua nullitate.vide.c.solet.de sen.ex.ĩ. vj. & ibi scribentes. Andr.Barba.

iste est casus no.in.l.ij.§.si publico.ff.de adul. & dicendum plenius vt ibi no.& per Archi. in.d.c.negãda. ¶Secundo casu subdistingue cũ agitur ciuiliter ꝙ aut replicatio aut exceptio concernunt diuersa facta aut idem. primo casu si habent diuersos effectus non tollitur exceptio per replicationem: sed quilibet agit de facto suo:exẽplũ.si tu dedisti mihi dã nũ ĩ vna re & ego dedi tibi in alia. vel si tu dixisti mihi iniuriã & ego tibi,&c.ad hoc.l.quẽ admodũ.§.si nauis.ff.ad.l.aquil.& no.Spec.in tit.de accu.vers.quid si vocauit te.& Inn.ĩ.d. c.intelleximus.recitat tamẽ ibi Spe.vnum dictum notabile[a] & semper menti tenendum. a
dicit enim quosdam dicere ꝙ si dicto vel facto fecisti mihi iniuriam,& ego dicto vel facto tuo prouocatus intuli tibi, ꝙ ex hoc nõ sum tibi condemnãdus.arg.in.l.j.§.cũ arietes ff.ad.l.aquil.& quod calore iracundiæ fit calumnia caret.ij.q.iij.§.notandũ.qđ ego nõ credo ex toto verũ,† quia calor iracũdiæ nõ excusat ab iniuria.vt.l.si non cõuitij.& ibi plenè p Cy.C.de iniu.facit.l.si ex plagis.§.tabernarius.ff.ad.l.aquil.credo tamẽ ꝙ miti[9] sum puniẽdus:qa iusto calore mot[9] ĩtuli tibi iniuriam:vt est tex.no.in.l.si adulterium.§.imperatores.ff.de adul.¶ †Prædicta procedũt regulariter,quando ꝙ tamen in odium certi delicti admittitur exceptio vel replicatio in diuersis factis separatis:vt in.c.quia frustra. de vsur.vbi non auditur volens repetere vsuras nisi ipsas vsuras per eum extortas restituat. Regulariter enim contra,secundũ Inn. in.d. c.intelleximus.firmãs pro regula ꝙ licet quis cõmittat cõtra vnã legẽ: tñ per hoc non priuatur beneficio aliarũ legum vel eiusdem in diuersis factis.vnde stultum esset dicere secũ dũ eum ꝙ si filiusfa.mutuauit filiof. & sic cõmisit contra macedonianum,ꝙ iuuetur macedoniano si alter sibi mutuauit. dicit tamẽ notanter ꝙ si quis cõmisit in eã legem p quã datur sibi exceptio,quòd remouebitur ab exceptione.& sic dicit secũdũ vnum intellectũ posse intelligi.c.cũ ecclesiasticę.s̃.e.quod no. Si verò replicatio & exceptio concernũt diuersa habentia eũdẽ effectũ: seu concernunt vnum & idem factum:exemplum in diuersis adulterijs viri & mulieris cõcernentibus idẽ matrimoniũ,& tũc distingue:vt.s̃. dixi & declaraui in theorica præalleg. & hæc bene notabis tu canonista:quia non habes alibi hanc materiam ita clarè enucleatã. ¶Vltimò scias ꝙ Inno.tractauit hîc materiam cũ committitur vt citentur omnes qui se opponunt alicui facto. & quia parum est vtilis ideo consultò omisi.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Iudex non debet ad vtilitatem priuatam suum officium non petitum interponere.*
e ſione in cauſa. [e] vnde illo adueniẽte iudex ad petitionẽ alterius partis ſententiã dabit. Nec differet ipſam dare quãtuncunq; altera pars contradicat, & ad probandũ de iure ſuo terminũ petat. & quia ſibi denegatur appellet. quia hoc ipſo ꝙ ab initio cõſentit in termino, talis eſt perẽptorius reputãdus: vt. §. dixi. niſi fortè nouum & inexcogitatũ impedimẽtum interueniat quare probationes ſuas nequiuerit inducere. tunc enim vel iure cõi vel beneficio reſtitutiõis in integrũ ſubuenitur, ſicut fit in termino iuris: vt no. §. eo. in. c. ex ratione. Intellige tamẽ ꝙ vltra terminũ pręfixũ dilationes nõ debent dari nec in dicta cauſa procedat, niſi de conſenſu partiũ hoc procedat: vt in. c. de cauſis. de offi. dele. Et hoc ſentit hîc Inno. in alia gl. & bene loquit. Intellige ergo prædicta ꝙ intra terminũ ſibi præfixũ poſsit reſtitui in integrũ ratione impedimẽti, & nõ vltra. ¶ † Quid ergo fiet ſi inſtat fi-

17 nis termini, & cauſa nondũ eſt liquida propter probabile impedimentũ partis? puto ꝙ ſententiã ferre nõ põt. quia graue ſatis eſt & indecẽs in re dubia certã ferre ſentẽtiã. xj. q. iij. c. graue. oportet ergo ꝙ aut cõſenſu partium fiat prorogatio ad certũ tẽpus. iuxta illud. c. de cauſis. aut cauſam remittat indeciſam ad ſuperiorem. de quo vide no. in. d. c. de cauſis. & per Bar. in. l. properandũ. C. de iudi.

18 ¶ † Secũdo caſu cũ ad petitionẽ alterius partis tãtũ terminus fuit præfixus. tũc dixit Inn. ꝙ ad petitionẽ eiuſdẽ nõ differt ſentẽtia vltra tẽpus ſtatutũ, quia ſic cõſenſiſſe videt. ſed alteri parti nõ præiudicat quin debeat habere moderatas dilationes ad probãdũ de iure ſuo. iudex tñ debet & cogitur dilatiões iuris diminuere. In hoc enim videt delegãs gratiã feciſſe impetrãti ſecũdum eũ. quod not. Pro hoc facit ſecũdũ Hoſt. quia ſi mãdatur ſentẽtia ferri intra ſex vel intra octo menſes: non

e poſſunt dari tot & tãtę inducię quot & quãtæ dari poſſunt ſi cauſa poſſet durare ſaltem vſq; ad tẽpus in iure ciuili ſcriptũ ſcilicet triẽ quando. in. iij. col. ver. iiij. quærit. C. de teſt. Imo. in cle. j. in vlt. col. ver. iij. quid ſi peta. de reſti. in int. e. latiſsimè & melius q̃ per alios per Sali. in. l. ſi docueris. C. de fal. do. Ant. in. c. licet. in. xij. colũ. de proba. qui ponit qd fiendũ qñ incidunt tot dies feriati ꝙ abſorbẽt totum tempus delegationis. & ad hoc facit. c. conſultationibus. de offic. delega. & c. fin. quis incognitus. xij. q. ij. & gloſ. in capi. puella. xx. q. j. & facit quod eleganter. not. Bald. in. l. j. in princi. ij. co. C. de iu. calum. alleg. Spe. in tit. de dila. §. j. verſi. ſed nunquid currant. Itẽ ad hoc facit quòd de diebus feriatis incidentibus not. gloſſ. in ca. placita ſecularia. xv. q. iij. & gloſ. in. c. fin. de iud. & quæ ibi ſcribunt do. Anto. & docto. Item adde quod not. Imol. poſt Bal. in. l. quãdiu. iij. in fi. ĩ. iij. co. ff. de acquiren. hæred. & Innocen. in d. ca. de cauſis. in gloſſ. j. de offi. delega.

ANT. FRAN.

¶ An & quando dies termini computetur in terminum vide in. l. j. ff. ſi quis cautio. & in l. ij. §. ſed ſi maritus. & ibi per Bar. ff. de lib. agno. & per Bald. in. l. eos. in. §. fina. C. de ap. & adde quòd terminus iuris poteſt ex cauſa per iudicem prorogari: vt in authen. vt liceat matri & auiæ. in. §. ad hęc. & per Cy. in. l. fin. C. de adul. & in. l. petendæ. C. de in integ. reſt. & in. l. ſcire oportet. in. §. conſequens. ff. de excu. tut. & de materia vide plenè in ca. conſuluit. de offic. delega.

✠ SEBA. SAPI.

e ¶ In cauſa. Vide Math. in no. xvij. incipien. no. quòd quãdocũq; eſt præ

fixa. Alex. ĩ. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iud. col. iĳ. repetentes. in. l. admonendi. poſt Bartol. ibi in iĳ. col. ver. quæro j. ff. de iureiurã. & Bar. vero. in cautela. xciĳ. inci. ſæpe contingit aliâs in cau. lxvj.

a ¶ Hîc dicit Iaco. but. in. l. iĳ. ff. ad. l. fal. vt refert Paul. de ca. in. d. l. properandũ. in princ. in ij. col. ꝙ vbicunq; iudex videt aliqd fieri ad procraſtinationem litis, debet illud amouere etiam parte nõ petente, ne inſtantia pereat. Et dicit ſin. Bar. & eius dictum ſolet multũ commendari in. l. ſeius & augerius. in eo. tit. ad. l. fal. ꝙ quando iudex videt inſtantiã cauſę perire, poteſt ex officio etiã parte non petẽte procedere ad ſententiãdum antequam inſtãtia pereat: licet regulariter nõ debeat impartiri ſuũ officium irrequiſitus: prout referũt idẽ Paul. & Alex. in. d. l. properãdũ. in prin. & ſequitur Imo. multum commendãs in. c. cum cõtingat. de iureiurã. in. x. mẽbro. in. iĳ. q. Bald. in. l. j. C. vt quæ deſunt aduo. par. ĩ ſuppl. tamen aduerte: qa licet poſsit facere ſi vult: ſi tamẽ nõ faceret, nõ incurreret pœnam aliquã propter lapſum inſtantię: quia etiã ſi ſtatutum diſponat ꝙ iudex teneatur diffinire cauſam ĩtra. l. dies ſub pœna centũ ducatorũ prout eſt in iſta ciuitate. intelligitur ſi fuit requiſitus à parte quòd diffiniat aliâs ſi labatur inſtãtia, iudex non incurret pœnã. ita decidit ſin. do. Anto. in. c. pen. extra de iudi. per regulã. l. iiĳ. §. hoc autẽ iudiciũ. ff. de dã. infe. & ſequitur ſimpliciter Alexã. in. d. l. properandũ. ſed idem nium. nã & tunc debet iudex dilationes reſtringere. Hinc dicit lex ꝙ nemo poteſt inuito iudice cauſam protelare: a vt. d. l. properandum. & alia lex dicit ꝙ ſemper dilationũ materia eſt amputanda. C. de tẽp. ap. l. ij. in prin.

19 ¶ † Cauendum tamẽ eſt iudici ſecundũ Inn. ne ſic diminuat ꝙ omnino ius partis pereat quæ de iure ſuo nullatenus intra tã breuẽ dilationem docere põt. ad hoc vide bo. text. in cle. ſæpe de ver. ſig. qui dicit hoc præcauendum etiã in ſummarijs. Eſt etiã de mẽte Inn. ꝙ pars quæ nõ cõſenſit in terminũ debet habere dilationes vlteriores quã actor qui conſenſit.

20 ¶ † Fatetur tamẽ ꝙ dilationes datę illi reo proderunt etiã actori vt infra eaſdẽ poſſit de iure ſuo docere: vt. l. petendi. C. de tẽp. in integ. reſti. nunquam tamẽ vltra terminũ iudex procedet nec dabit dilationes, niſi hoc procedat de cõſenſu partiũ. vt dixi in præce-

21 denti mẽbro. quod no. ¶ † Sed quæro iuxta prędicta: pone ꝙ de cõſenſu partiũ reſcriptũ fuit impetratũ & duplicatũ, & traditũ vtriq; parti, reus autẽ malitioſẽ præueniẽs præſentauit illud ſtatim iudici vt ſic tẽpus illico incipiat currere in præiudiciũ actoris: nũquid ſtatim incipiet currere, anverò expectabitur præſentatio fienda per actorẽ cui incumbit onus probãdi. Sol. ſentit Inn. ꝙ tẽpus incipit labi à prima prẽſentatione. Fatetur tamen ꝙ ſi de fraude rei conſtiterit, eſt alteri ſubueniendum. & ſi tẽpus totũ fluxit ante ſuã præſentationẽ, debet delegãs ſibi ſubuenire. arg. de in integ. reſti. c. ex literis. & ff. de ver. obli. l. cõtinuus. & j. eo. c. oblatæ. & reus ex malitia ſua erit cõdẽnandus in expẽſis. arg. c. cæterũ. de reſcri. vbi actore veniẽte intra terminum conſentiũt partes in prorogatione & reſtitutione termini qui iam fluxerat. ar. ſ. de offic. deleg. c. paſtoralis. in fi. ſecundũ eũ. Sed tu dic clarius & latius ꝙ aut reus præuenit actorẽ in prẽſentatione nõ malitioſẽ nec nimiũ prẽcurrit: & tunc currit tẽpus à die præſentationis ſuæ. & imputãdum eſt actori qui fuit negligens in ius ſuũ proſequẽdo. arg. c. oblatæ. j. eo. puto tamẽ ſubueniendũ actori, ſi ex impedimento probabili nõ potuit citius cõparere. d. c. ex literis. de reſti. in inte. tamẽ nõ ſuccurritur vt iudex delegatus poſsit procedere vltra terminum ex ſe: ſed debet ſibi ſuccurri per delegãtẽ, aut per viã prorogationis fiẽdę partiũ cõſenſu: vt in. d. c. de cauſis. de offi. deleg. Aut reus malitioſẽ præuenit: & ſi totum tempus eſt lapſum ante cõparitionẽ actoris ita ꝙ iudex in nullo proceſsit intra terminũ: puto ꝙ nõ poſsit procedere poſt terminum etiã in expẽſis cõdẽnãdo: vt in. d. c. de cauſis. ſed ſi actor cõparuit in termino, & allegauit dolum rei in præſentãdo, niſi cõſenſerit prorogari terminũ, poterit per iudicẽ cõdẽnari in expenſis. ar. c. fi. & quod ibi no. de reſcri. & per delegantẽ poterit ſubueniri actori circa

22 prorogationem termini. ¶ † Vltimò Inn. hîc plenè tractat quid ſi mãdatur iudici vt intra certum tẽpus cauſam inſtruat, & extunc inſtructã remittat: an tenetur poſt terminũ remittere ſi cauſam nõ inſtruxit fortè ex defectu actoris vel rei? dubiũ facit: quia nõ poteſt ſpecificè adimplere mandatũ, cũ ſibi nõ fuerit cõmiſſum vt cauſam nudè remitteret: ſed inſtructam: nũc autẽ deficit qualitas. Inno. videtur cõcludere ꝙ tenetur ipſam remittere ſicut põt: & debet citare partes vt cõpareant corã iudice delegãte. quia licet hîc cõcurrant duo mãdata, vnũ de inſtruẽdo, & aliud de remiſsione: tamẽ ex quo iudex non põt primũ, tenetur exequi ſaltẽ ſecũdũ: facit quod no. gl. in. c. cõſtitutus. de reſcri. Mihi placet hęc concluſio: & allego pro ea tex. ĩ. c. piſanis. de reſt. ſpo. facit. c. cùm dilecti. de do. & contu. vide quod no. Inn. in. c. fi. de accu. Et hæc ſufficiãt.

✤ SVMMARIVM. ✤

1 *Verberans vel percutiens clericum, non poteſt abſolui niſi à papa: niſi iniuria fuerit leuis.*

2 *Percutiens clericum ipſo facto incidit in excommunicationem maiorem.*

3 *Iudex ſi non admiſit appellationẽ: non poteſt appellanti præfigere terminũ ad proſequendum.*

4 *Communicantes cum excommunicato quando incurrant minorẽ aut maiorẽ excõmunicationẽ?*

5 *Verberans clericum an debeat ipſo facto pronuntiari excommunicatus, an verò debeãt primò recipi probationes.*

6 *A pœna iuris: non poteſt appellari, ſed benè à ſententia iudicis declarantis illum incidiſſe in pœnam iuris.*

7 *In notorijs non requiritur ſententia: ſed quædam executio: & in eis non ſeruatur iuris ordo.*

8 *Appellatio an impediat denuntiationem excommunicationis?*

9 *Verberans clericum non debet abſolui, niſi prius ſatiſſaciat læſo, & niſi ipſe vocetur.*

¶ CAP. XIII.

PEruenit. Cõuẽtus ſuper iniuria clerici: vel ſuper adulterio appellare poteſt, niſi ſit notorius. h. d. cũ c. ſeq. Cõmunis diuiſio: ſecũda ibi: *fraternitati.* ¶ Caſus literalis. Clerici cõquerũtur corã iudicibus ſe ab aliquibus vulneratos, vel aliâs læſos eſſe: qui malefactores dum impetunt ad apoſ. ſe. appellãt. Rñdet papa ſi eorũ exceſſus nõ ſit notorius, cõpellẽdi ſunt vt intra cõueniẽs tẽpus appellationẽ interpoſitã proſequant. Si verò exceſſus illorũ notorius fuerit, nõ obſtãte appellatione illorum denũtiãdi ſunt excõicati: ac vt excõicati euitandi, donec paſsis iniuriã ſatiſfaciãt, & cũ literis ſui iudicis apoſtolico cõſpectui ſe prę-

1 ſententent. Ber. ¶ † No. ex prin. iũcto fi. ꝙ inci-

b dens b in excõicationẽ ex percuſsione clerici nõ abſoluitur niſi à papa q̃ùis læſio in perſonam cõtigerit ſine vulneratione. hoc dico nõ tandũ ad limitationẽ eorũ quę no. in. c. peruenit. de ſen. exc. vbi ſecũdũ opi. lect. habet ꝙ ſi iniuria fuit leuis abſoluit epiſcopus. hîc habes ꝙ nõ omnis iniuria ſine vulneratione dicitur leuis. quæ ergo dicat leuis vel atrox vel mediocris: dic vt habet inſti. de iniur. §. atrox. ex circunſtãtijs enim & qualitate perſonarũ

2 hoc deprehẽditur. ¶ † No. ſecũdò ꝙ percutiẽs clericũ incidit ipſo facto in excõicationẽ maiorẽ. vnde nõ ſolũ eſt priuatus participatione ſacramẽtorũ. ſed etiã cõmunione fideliũ. vt patet ibi. *cautius euitare &c.* licet aliud ſenſerit Gra. & minus bñ in. c. ad mẽſam. §. eui dẽter. xj. q. iij. & ibi bo. gl. in ver. ab ingreſſu.

3 ¶ † Itẽ no. ar. op. ꝙ iudex nõ deferẽs appellationi ab interlocutoria: ſed ꝓcedẽs adv lterio-

ra non

tenet Pau. de caſt. ibi in. ĩ. col. vbi dicit quòd rarò vidit iſtud fieri ꝙ iudices dent ſibi iſtum laborẽ diffiniendi cauſas ſi pars non petat. & tũc tamẽ non põt eis negligentia imputari. p regulam. d. l. iiĳ. & ita intelligi debet Bal. l. j. ſ. ſciendũ. ff. de ma. cõue. vbi dicit eſſe text. & melius nõ probari alibi. ꝙ iudex tenetur qui permiſit labi inſtantiã prout etiam ipſe no. in. l. nõ dubium. C. de legi. in. vj. co. nã eſt verũ parte requirente. idem tenet ipſemet. Ab. Panor. in. d. c. pe. in penul. colum.

¶ Adde Angel. cõſi. cciĳ. vbi ponit de ſtatuto dicẽte ꝙ cauſa cõmittatur ad cõſilium ſapiẽtis: quia debet intelligi pte petẽ.

✤ SEBA. SAPI.

b ¶ Incidens. Vide Feli. in. c. porrò. j. de ſen. ex. vbi dicit ꝙ ad hoc vt inferior à papa poſsit abſoluere percutientem clericũ. requiritur ꝙ habeat commiſsionẽ à papa. fallit in legatis, qui habent in mãdatis. & ibi per eũ poſt Abb. & an percutiens veſtẽ clerici ſit excõmunicatus tãgit Feli. in. c. ĩj. co. v. ver. limita. j. ſ. de fo. compe.

ra non pōt prefigere terminū appellanti ad appellationem prosequēdā.hoc ar.colligo:quia in principio vbi papa dicit appel. recipiendam,mandat terminū prefigi.In fi.autē vbi dicit appellationem nō recipiendam,nullā facit mentionem de prefixione termini.& sic optimè facit iste tex.ꝓ dicto Inn.in. c.fi.de accu. vbi
4 hoc tenet quod dixi in.c.personas.s.e.¶ †Vltimò not. bonū remedium cōpescēdi laicos:& inducēdi eos ad satisfactiōem ꝓ iniuria psonali illata clerico:vt iudex ecclīasticus ad querelā clerici lę si denūtiet illū malefactorē excōicatū,& cōpellat populū ad illū euitandū.& dico ꝙ optima erit cautela vt iudex tēpore denūtiōis excōicet oēs qui secū cōicauerint ante absolutionē.Nā timore maioris excōicatiōis euitabit ab oībus,vbi hodie cōmuniter
a nō euitat:quia cōicātes nō incurrunt nisi minorē[a].Et ꝙ possit talis sententia ferri vide Io.an.in.c.statutū.de sen.excom.li.vj.in novel.licet tex.ibi non bene ponderatus videatur prima fronte vel-
5 le contrariū. ¶ †Sed circa prędicta & circa tex.moueo talē quę-
b stionē nunquid iudex[b] ecclesiasticus posit denūtiare illū percussorem excōicatum eo minimè vocato:nec aliter prius declarato ꝙ incidit in sniam iuris?dic ꝙ vbi excessus nō est notorius debet iudex illū prius vocare & recipere eo prędente probatiōes super facto &postea cōstito de facto declarare illum incidisse in sniam iuris.hoc probatur primò notabiliter in.c.cū secūdū leges.de hęre.lib.vj.vbi patet ꝙ si allegatur quē incidisse in sniam iuris non debet iudex potius procedere ad executiōem q̄ declarauerit illū incidisse in sniam iuris.Ad idē bo.tex.de iure ciuili licet non ita clarus in.l.ei⁹ qui delatorē.ff.de iure fis.& ibi per Bar.& ꝙ debeat vocare reum quo ad materiam excōicationis,vide bo.gl. iuncto tex.in cle.præsenti.de censi.in cle.j.de pœnis.in verbo cōmodè. & in cle.ij.eo. titu. in verbo cōstiterit.& in.c.sacro.in verbo cō-
6 stiterit.de sententia excom.¶ †Ab hac tamen declaratione pōt appellari,quia licet non possit appellari à pœna iuris.vt in.c.quia nos j.eo.&.l.si qua pœna.ff.de ver.signi.pōt tn̄ appellari à sententia iudicis declarantis illū incidisse in pœnā iuris. quia illa declaratio est sententia hominis & non iuris.ad hoc vide glo.not.in.c. cupientes.§.quòd si per viginti.in ver.priuatos.de elec.lib.vj.quā
c semper tenebis menti.[c] & si non appellatur,tunc debet procede-
7 re iudex ad denūtiationem & non prius.vt hīc dicitur. ¶ †Si verò excessus est notori⁹,tūc nō oportet ꝙ hęc solennitas adhibeatur.sed potest eum denuntiare & facere arctius eū euitari modo prędicto.vt est tex.hic.quē no.appellatione non obstāte.quia notorius criminosus non auditur appellans. facit dictū Inn.in.c.ex parte.el.j.de verb.sig.vbi dicitur ꝙ in notorijs nō requiritur ꝓpriè snia,sed fit quędam iuris executio.facit quod leg.& no. in.l. ictus fustium.ff.de his qui no.infa.& .c.qm̄.de fil. presby.vbi tex. no.& menti semper tenendus dicit ꝙ ista notoria non sunt in iudicio adducēda.limita tamē secūdū quod no.in.c.vestra.de coha. cleri.& mu.vbi dixi.& præmissam cōclusionē apertè tenēt Host. & Io.an.in.c.reprehensibilis j.eo & ibi videt tex.secūdū vnū intel
8 lectum quem ponit ibi Hosti.¶ †Op.vlti.cōtra tex.videt em̄ ꝙ appellatio nunq̄ habeat impedire denuntiationem excōicationis per.c.pastoralis j.eo.quia denuntiatio non ligat,& ideo nihil nocui facit iudex.Sol.dico contrarium procedere quando constat de excōicatione & sequit ab ea appellatio vt cām deuoluat ad superiorem:talis enim appellatio nō impedit denuntiationem futuram:quia ex quo non suspendit excōicationem prius latam non pōt suspendere denuntiationē.quia illa necessariò sequitur excōicationem p̄cedentē:si em̄ est excōicat⁹, ergo debet vitari.Sed hīc loquimur qn̄ reuocabatur in dubiū vtrū incidisset in excōicationem.quo casu appellatio debet admitti:ne iste sine causa infametur & ab alijs iniustè vitetur.¶ †Vltimò no.ex fi.literæ ibi. *donec pasis iniuriam satisfaciant.&c.* ꝙ percutiens clericū nō debet absolui p superiorē donec satisfecerit lęso.facit. c. parochianos j. de senten.exc.vbi vide tex.cum gl.ideo curia romana seruat qn aliquē mādat absolui vt prius satisfaciat lęso.& credo indubitanter illū læsum vocandū super satisfactione sua. & hoc est apertè de mente glo.in.c.parochianos.prędalleg.quam no.etiam vbi tractabit coram quo iudice estimabitur hæc iniuria.

a ZACHARIAS.¶ Non incurrunt nisi minorem. Adde quid in papa quando scienter cū excōicato publico,& notorio communicat Feli. in.c.nulli.col.fin.versi.& ꝙ papa non possit.j.de senten.excom.

b ✠SEBA.SAPI.¶ Nunquid iudex. Vide do.Bart.sozi.in consi.inserto inter cōsilia dn̄i Franc.curtij.nu.xx.col.vj. Roma. in consi. ccccl xxxij.inci. in casu præmisso. col. fi.ver.tertiò dico.

c ¶ Tenebis menti. Adde Ro. cō.cccc lxxxij. vbi tenet ꝙ non requiratur citatio cū quis declarat excommunicatus.cuius contrariū tenet Fede. de se.consi. cix.& cxviij.& ꝙ appel letur à declaratione per Ro. singu. suis.folio.v.

d ¶ Vide Bald.in.l. addictos.circa medium. C. de epis. audi. vbi Bal. fin. ampliat qđ hic dicitur nō appellari à snia lata sup delicto notorio vero. sed etiā si sit lata super notorio vehemētis p̄sumptionis. & ita dixit de mēte Inn. & adde. bal.ī.l.addictos.C. de ap.& de hoc vide plenissimè per do.Ant.in repe.c. vestra.de coha.cle. &mu.ī antep.cha. & ꝙ doc.ī.c. romana.§.finautem.vbi bo.tex.de ap.ī.vj. & per.d.Alex.de Imo.in.l. cōstitutiones.ff.eo.in addi. ad Barto.vbi vltra istum casum enumerat mltos alios in qb⁹ nō licet ap. ¶ Casus in qb⁹ in appel.à diffinitiua requirit expressio cāæ & adde Bal.ī l.minorib⁹. in.iij. no.C. de his q. vt indi.& in.l. j.C. si de mo.pos.fue.appel.& in.l.ij.ī prī. C.quo.ap. nō re. & in.l.fi.C.de lib. conte.p Bar. in.l. fi.in.ij.co. ff.de appel.re.& per Imo. in.l.j.§. iussu. ff. e. de app.in istis locis reperies nōnul los casus in quib⁹ etiam qn̄ appellatur à diffinitiua requiritur expressio causæ.

✠SEBA.SAPI. e ¶ Notorium. Vide Aret.in consil. cxlv.col.vij. Car. in cle. pastoralis.ī xvij.not.de re iudi.& quod debeat constare de noto-

tionem tori sed etiā quādo agitur ad vindictā.

Matrimonium est magnū sacramentum in eccle c
sia dei.

2 *Super notorijs non est de facili procedendum ante quàm constet an sit in veritate notorium.*

Testes deponentes super notorio & non reddentes cām scientiæ sufficientem licet de causa non interrogentur non probant.idem quando deponunt de aliquo quod non ita de facili percipitur iudicio intellectus.

3 *Super notorio nō debet pati iudex quòd fiat processus.*

4 *In appellatione à diffinitiua regulariter non exprimitur causa.* d

In notorijs quando appelletur?

Appellatio quando requirit expressionem causæ.

¶ CAP. XIIII.

d Consuluit.[d] Summatū est.s. c. pxi.

1 & secūda pars ibi. *consultationi.* ¶ †No.arg.ex tex. ꝙ iudex ecclesiastic⁹ pōt procedere cōtra laicos adulteria cōmittētes.licet nō agatur principaliter ad separationem tori: sed ad vindictam.& hoc qa adulteri dicunt sacrilegi.C.de adult.l.quis.in fi.cū matrimonium sit magnū sacramentū in ecclesia dei: vt de biga.c.debitū.& hoc tene quicquid senserit Io.an.in.c.fi.de fo.cōpe.lib.vj.vbi dixit ꝙ adulteriū est de foro ecclesiæ dūtaxat qn̄ agit ad separatiōem tori:sed pro dicto meo vide alium tex.in.c.de bndicto. xxxij.q.j.& in.c.j.& quod ibi dixi.de offi.ordi.& in.c.cū sit.de fo.compe.vbi plenius dixi post gloss.
2 ¶ †No.secundò nō esse de facili procedēdū super aliquo tanquā notorio:quia multa dicuntur notoria q̄ non sunt.& ad hoc quotidie allegat hæc litera.ex quo infero ad vnū no.dictum ꝙ si testis simpliciter dicit factū esse notoriū:& aliter cām nō reddit, etiam non interrogatus à iudice nō ꝓbat:quia notorium de facili nō cōprehēditur sensu corporis:sed iudicio boni intellect⁹.adeo quòd etiā periti titubāt an & qn̄ factum dicatur
e notorium.[e] vnde alibi dicit glo.no.de notorio loquimur, & quid sit notoriū ignoramus.ij.q.j.c.manifesta.pro prędictis vide bo nā theoricā.Inno.in.c.cū causam.de testi. & Bart.in tract.de testi.vbi dicunt non valere dictum testis qn̄ deponit super eō quod percipitur iudicio intellectus & non cū modico discursu:si non reddit causam dicti sui: licet de cā nō fuerit interrogatus. & rōnem huius dicti dixi in.d.c.cùm causam.facit etiā quod not.Barto. de teste deponente super fama.in.l.de minore.§.tormenta.ff. de quæstio.& hoc no.qa sæpe accidit.& vide quod
3 dixi in.d.c.cū causam.¶ †No.tertiò ex text. iudicem non debere omittere processum fiē dum super notorio propter hæc verba generalia multa dicuntur notoria &c. Si enim
4 certus est,non debet de hoc curare.¶ †Vltimò.opp.contra tex.videtur enim quòd hodie nihil operetur:quia aut quis grauatur &

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Adulterium est de foro ecclesiastico non solum quando agitur ad separa-*

rio antè q̃ super notorio aliquid disponatur: tenet Car. in consi. liij. inci. ī elucidatiõe fn. iij. col. & Ro. in cõsi. xlij. īci. visis.

SEBA. SAPI.

a ¶ Seruare. Vide Ias. in. l. illã. col. iij. C. de colla. & do. Fran. cur. in consi. ix. incip. ticinensi statuto. colũ. vj. & in cõsil. lxxx. col. ij. in prin. Ias. in. l. de quibus. col. iiij. in fi. cũ sequẽti. ff. de legibus.

b ¶ Not. dictũ Cy. Not. ad intellectũ l. p hãc. C. de tem. appel. & similes q̃ dicũt q̃ nõ ꝓbatũ in causa principali ꝓduci põt ī causa appel. verũ est qđ pars ignorabat. veletiã secũdũ. d. Ant. de but. in. c. ad audiẽtiã. ij. de rescri. ex alia simili iusta cã. puta qa pars fuit impedita ꝓducere seu probare in causa principali, poterit ī causa appel. secus quando fuit negligẽs pars producere ī causa principali: qa non poterit ī causa appellata declarat. d. An. in. d. l. per hãc. qđ not.

ANT. FRAN.

¶ Vtrũ dispositio. l. p hanc. C. de tẽp. appel. habeat locũ ī eo qui fuit negligẽs in producẽdo vel ꝓbãdo in cã prĩcipali, an verò solũ in eo q̃ adhibita debita diligentia omisit facere ꝓbationes? dicas q̃ habet locũ solũ in eo q̃ fuit diligẽs, sed ex aliqua iusta causa nõ deduxit iura & probatiões suas: qa tũc põt nõ deducta deducere & nõ ꝓbata ꝓbare, aliâs negligẽtia assimularet culpæ. l. ij. & ibi glos fi. C. arbi. tute. l. si seruꝰ stichũ. in prin. & ibi gl. ī ver. in nõ faciẽdo. vbi etiam per Bar. ff. de ver. obli. & in. l. si mo

semper potest appellare, siue factum sit notoriũ siue non. aut non grauatur, & non põt appellare: vt in. c. vt debitus j. e. Sol. Inn, fatet contrarium: sed Host. dicit quòd vbi crimẽ est notoriũ nõ põt de facili quis grauari, nisi iudex excederet modũ. c. iij. de offi. ordi. licet Io. and. dicat q̃ iura non intendũt, q̃ notoriꝰ per appellationẽ non euitet correctionẽ criminis, qa illud non cõmisit qđ facit occultꝰ. Ego respondeo formalius saluando hoc. c. & similia iura. qa in facto occulto admittit qs appellans à diffinitiua quãtũcũq̃ causam nõ exprimat appellandi: qa saltem habet locũ illud non probatũ probabo &c. Nec regulariter cogit quis in appellatiõe à diffinitiua exprimere causam appellãdi. ff. eo. l. j. in fi. cum seq. no. in. c. cũ in ecclesia j. e. sed in facto notorio non audiet appellãs à diffinitiua: causa legitima obfuscante notorium non expressa. vt in. c. romana. §. si autẽ post sniam j. e. lib. vj. & in hoc casu intelligo hunc text. & similia iura quæ faciunt differentiã inter notorium & occultũ. & vide Inno. in. c. pastoralis. §. prę terea. de offi. deleg. Ex cuiꝰ dictis elicio not. conclusionẽ. q̃ vbicũq̃ ius prohibet appellationẽ: nunq̃ iudex tenet deferre appellationi nisi causa legitima in ea exprimatur: & ita limita iura quæ dicunt q̃ in appellatione à diffinitiua nõ est necesse causam exprimere. facit quod le. & no. in. c. quod ad consultationem. de sen. & re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Per appellationem interpositam extra iudiciũ nõ tenetur aduersarius ire vel mittere nũcium ad iudicem ad quem.*

2 *Lex vel alia dispositio non exprimens cãm debet cõsiderari quòd sit fundata in ratione naturali, & iuxta illam rationem debet interpretari.*

3 *Appellatio ad quid fuit inuenta?*

4 *Appellatio regulariter debet fieri coram iudice à quo.*

Appellatio quando interponitur, non requirit præsentiam appellati. sed sufficit quòd sibi intimetur. nume. 6. & 7.

5 *Appellatio si facta sit in absentia iudicis à quo quia ad vlteriora processit ignorans appellationẽ, valebit processus coram eo agitatus, nisi pars appellata hoc sciuerit: & omnino litigauerit. intellige vt j. nume. 8.*

9 *Malitia probatur ex coniecturis id est quòd pars aliquid fecerit malitiosè.*

¶ CAP. XV.

SVggestum. Hoc. c. summatum est. s. e. in. c. meminimus. & dic vt ibi. cõis diuisio. secũda ibi: *tuæ*. ¶ Casus literalis. Aliq̃ opprimũtur ab aduersarijs suis. ꝓpter quod appellant: & cùm ipsi oppressi & grauati iter arripiunt ad appellationem prosequendam aduersarij illi cognoscentes appellationem interpositã nec vadunt nec mittũt ad præsentiam papæ. sed cũ intelligũt illos literas reportasse appellant & iter arripiũt ad papam: vt sic aduersarios eludant. Suggestũ fuit domino papæ. vnde mandat quatenus si quis deprehẽsus fuerit hoc ex fraude vel malitia facere appellationi suæ nullatenus deferatur: & iudex in causa ꝓcedat. qa decretalis illa qua isti hoc facere præsumunt non ad deprimendã cuiuscũq̃ iustitiã facta est, sed ad remouendum iniquũ grauamen. Bernard.

1 ¶ † Not. primò q̃ per appellationẽ interpositã extra iudiciũ non tenet aduersarius ire, vel mittere nuntiũ ad iudicem ad quẽ. quod dixi post glo. in. c. cũ sit romana. s. eo. & hoc limita, nisi in casibus in quibꝰ citatio fit à iure. vt in. c. j. de elec. lib. vj. & in cle. causam.

2 eo. tit. & in ca. ordi. de appel. lib. vj. cum simi. ¶ † Not. secundò q̃ vbicũq̃ ius aliquid statuit causam nõ exprimens si possumus conijecturare rationẽ naturalẽ illius dispositionis, debemꝰ ad limites illius rationis seu causæ dispositionẽ generalẽ restringere, & illã

a dispositionem seruare[a] vt ratio naturalis interpretata militet. ad

b hoc no. dictũ Cy. [b] & Bal. in. l. nõ dubium. C. de legi. & in. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto. & ibi bo. tex. facit. c. secundò requiris. in fi. j. eo. Nã in. c. meminimꝰ. s. eo. simpliciter erat statutũ de nõ procedẽdo cõtra tales itinerãtes ad pa. & hîc papa nõ disponẽdo de nouo. sed respondẽdo quid iuris illã decretalẽ restringit ad limites rationis quare fuit inducta appellatio. & quare illa decre. emanauit. ¶ † Vltimò not. quare fuit inuenta appellatio.

3 Appellationis enim fuit principalis causa vt grauamẽ inflictũ repararetur. nõ aũt ad deprimendã iustitiã alicuius. debemus ergo considerare naturam cuiusq̃ rei. & secũdũ eã reipsa vti. vide tex. in. l. j. ff. eo. vbi dicitur q̃ ad coercendã iniquitatẽ iudicis & imperitiã corrigẽdã fuit appellatio introducta. adde & tertiã causam: vt. s. captꝰ ex propria ignorãtia in prima instantia possit reuelari in secũda. habet enim in appellatione locũ illud vulgare dictũ. nõ probatum probabo: non oppositũ opponã. l. per hãc. C. de temp. appel. & in. c. cũ Ioãnes. de fide instru. ideo cessante iniquitate iudicis & eius imperitia põt appellari ꝓpter causam prędictam: vt probat in iuribus proximè alle. Et circa huius. c. intellectũ dic vt

4 dixi. s. eo. in. c. meminimus. & vt no j. c. vt debitus. ¶ † Quæro nũ quid appellatio sit interponenda in præsentia iudicis? Glo. prima hîc colligit arg. q̃ nõ est de necessitate: qa quis debet appellare cũ scit se esse grauatũ. ij. q. vj. c. biduũ. Ex qua glo. no. q̃ talis appellatio interposita ī iudicis absentia protegit me à facto iudicis, adeò q̃ nõ tenebit excõicatio post talẽ appellationẽ latã. & hoc verũ: dũmodo malitiosè nõ fiat. Sed in gl. videt ab hac opi. recedere. dicens hodie non valere talẽ appellationẽ per. c. vt debitus. &. c. cũ specialiter. j. e. Io. an. dicit q̃ hodie qui à pluribus iudicibꝰ vult appellare põt corã ipsis vel maiori parte ipsorũ seꝑatim appellare, & seꝑatim apostolos petere. vt in cle. si à iudicibus. eo. tit. Hostiẽ. videtur inclinare in primã opi. gl. dicens q̃ iura allegata in vltima opinione non obstãt: loquunt enim de appellationibꝰ factis in iudicio, hîc aũt de illo q̃ appellat extra iudiciũ, & iter arripuit prosequẽdo. & in hoc etiã casu solũ iter arreptũ bona fide excusaret. secũdũ eũ loquitur Host. nimis generaliter & succinctè. Aduerte tu latius. nã Inn. in. c. dilecto j. eo. sentit primã opi. scilicet q̃ appellatio facta etiã in absentia iudicis à quo: eximit appellantẽ à iurisdictione ipsius. ar. j. eo. c. pastoralis. &. ij. q. vj. c. biduũ. Sed idẽ Inn. in. c. si iustus j. eo. tenet vltimã. s. appellationẽ non valere in absentia factam si potest haberi copia, nisi iustus metꝰ excuset. & vide bonã gl. in. c. appellatio j. eo. lib. vj. quę concludit appellãdũ esse in præsentia iudicis, nisi ex iusto metu. d. c. si iustꝰ. & hoc puto verius per illũ tex. & p. d. c. appellatio. &. ij. q. vj. c. biduũ. Nã (vt ibi patet) si haberi põt copia iudicis à quo corã eo est interponenda appellatio aliâs aũt corã iudice ad quẽ. Et si neutriꝰ copiã habere põt, appellare debet corã publicis personis. d. c. biduũ. no. gl. ī cle. j. in ver. maiori. e. ti. & videt hoc ibi apertissimè probari. & in. l. j. §. si quis ipsius. ff. quãdo appel. sit. & vide ibi glo. Itẽ aduerte q̃ licet requiratur in appellatione præsentia iudicis si haberi põt. nõ tñ sic requiritur præsentia appellati. sed sufficit q̃ fiat sibi intimatio vt in. d. cle. causam quæ. de elect. Conclude tamẽ materiam sic q̃ aut appellatur à iudice. & tunc semper est appellãdum in sui præsentia si haberi potest: siue appelletur in iudicio: siue extra. vt in iuribus præalleg. & in. c. cordi. e. ti. lib. vj. Si appellatur ab alio extra iudicium, satis est quòd fiat illi intimatio secundũ dispositionẽ cle. causam quæ. de ele. & hoc quando appellatio deuoluit causam ad superiorem: vt in casu. c. j. de elec. lib. vj. iuncta. d. cle. causam. Si verò quis appellat generaliter à grauamine, & nõ contra certam personam. serua. c. bonæ j. eo. & de hac materia vide plenè per Paul.

per Pau.de leaza,in.d.cle.causam.& per Spe.eod. titu.§. qualiter.versi.item cautius,& sequenti. ¶ †Plenissimè per Lap.alleg.xl.qui inter cætera quò ad materiam nostram dicit figẽdo pedem quod licet appellatio ex iusta causa interponatur in absentia iudicis:non tamen protegit appellantem donec fuerit intimata iudici, & cum intimatione petiti apostoli vbi peti debent. Fatetur tamen ꝙ si non intimetur non vitiatur appell.etiam si fine causa fiat in absentia.sed iudex potest procedere donec sibi fiat intimatio:& valebit processus dummodo aliâs sit rõnabilis.dicit tamen quo ad nullitatem processus sufficere quòd appellatio sit intimata parti:quia dolus partis procedentis coram putatiuo iudice ignorante impedimẽtum facit nullum processum quo ad commodum partis agitãtum.ad quod facit quod in simili de litigatore coram excommunicato scienter no.Ioan. cal.in.c.ad probandum.de re iudi.Io.and.in.c. dilectus. ij.de prẽben.& ita dicit debere intelligi. c.si duobus. §. eod.& hæc dicta refert & sequit.d.Ant.in.d.c.fij.eo. limita tamen hoc vltimum dictum quo ad commodum partis.nam quo ad processum contumaciæ punitiuum propter contemptum iudicis putat sententiam partis non obesse.per.d.c.si duob⁹.Aduerte diligenter ad prædicta.nam ex his possunt elici tres conclusiones notandæ si sunt veræ.¶ †Prima quòd appellatio[a] in absentia iudicis etiam si ex iusta causa sit interposita,non protegit appellantem à iurisdictione iudicis à quo donec sibi fuerit intimata appellatio. Secunda conclusio. quòd valet appellatio in absentia iudicis etiam si sine causa ratiõabili sit interposita,sed nõ habet per intimationẽ in ualidare iudicis processum.Tertia conclusio.quòd sciẽtia partis de appellatione aduersarij interposita in absentia iudicis inducit nullitatem processus saltem quo ad sui commodum. ¶ †Circa primam conclusionem ego allego tex.iuncta glo.in ver.obtentaj.eo.c. cum parati.vbi aliquid tangam.Item optimè facit. d. c.si duobus.vbi patet quòd si iudex ignorat appel.interpositam ad superiorem tenet processus. ergo idem dicendum quando ignorat ab eo fuisse appellatum. & facit quod ibi dixi. sed indubiè hæc procedunt quando sine causa rationabili fuit appellatum in absentia iudicis: & sic defendi põt secunda conclusio.Sed quando ex rationabili causa fuit sic interposita, sumus extra casum cap.si duobus.nam ibi ratione contumaciæ valet processus.sed in casu nostro nulla reperitur contumacia, vel culpa in appellatione. quare non intimauit iudici. vnde propter rationabilitatem causæ subsistentis debet perinde valere ac si fuisset interposita in præsentia iudicis.aliâs non esset sufficienter prouisum contra talem metum iudicis.cuius contrarium innuit text. in. c. finj. eod.qui est no.ad hanc materiam.& sic potest intelligi Innocen.in.d.c.dilectus.vbi hoc tenuit.Ad idem facit in ar.c.j.de concess.præben.lib.vj.vbi patet quòd excommunicatione lata ab ignorante priuilegium illius quem excommunicat non valet.¶ †Quo ad tertiam conclusionem non puto quòd processus sit nullus propter scientiam partis:ex quo appel.fuit interposita in absentia sine rationabili causa.quia cùm talis appellatio non valuit,non debet eum defendere.vt.s̃.dixi.Item prẽsup posita validitate,potest esse quòd ille renuntiauerit, ex quo citatus per iudicem à quo non comparet, & pars aduersa reperitur in dolo,quia non tenetur iura partis aduersæ allegare:vt plenè dixi in.d.c.si duobus. ¶ †In gloss.fi.in fin.intellige finem gloss.quòd ipso facto videtur malitia probata quando scilicet arripuit iter post notitiam literarum.quod expressius voluit Ioan. And. & satis probatur per text.nam papa se fundat duntaxat super facto narrato.& ex facto præsumitur fraus.simile in.c.ij.de renun.lib.vj.facit.l.dolum.C. de dolo. Dolus etiam probatur ex coniecturis.nec potest aliter probari dictis iuribus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus qui appellauit,potest interim celebrare diuina si appareat eum legitimè appellasse.nu.2.*
2 *Excommunicatio lata post appellationem est nulla.*
Excommunicatio nulla an & quo tempore est vitanda?
3 *Iudex delegatus an possit facere quem absolui ad cautelam?*
Iudices siue auditores dati in curia an habeant ordinariam iurisdictionem.
De connexis idem est iudicium.

¶CAP. XVI.

1 AD præsentiam.¶ †Excommunicat⁹ pẽdente cognitione appellationis absolui potest ad cautelam.& si apparet eum legitimè appellasse, non punit ꝓ eo quod interim celebrauit diuina. vel sũma aliter & sic. Si post pellationem excommunicatus celebrat diuina, non incurrit aliquã irregularitatem,nec ex eo venit puniẽdus si constat appellationem fuisse legitimam.Et primò ponit dationem auditorum.Secundò actum ipsorum.ibi. *qui ad obiectionem*. Tertiò principalem diffinitionem. ibi: *ideoque*. ¶ Casus literalis. Inter archiepiscopum eboracen̄.&.R.presbyterum cõtrouersia fuit orta occasione cuiusdam excommunicationis in ipsum presbyterum latæ ab archiepiscopo. Papa commisit causam ipsam episcopo tusculano & cardinali sanctæ Suzanæ: coram quibus proponebatur ex parte archiepiscopi b quòd ipse presbyter post sententiam in se latam diuina officia celebrauit. vnde puniri debebat secundum quod iura requirunt.Ex parte presbyteri respondebat quòd excommunicatio non tenebat cùm esset lata post appellationem legitimè interpositam. vnde non debebat puniri & omnia quæ facta fuerunt cõtra ipsum reuocari debebant in pristinum statum.Iudices intellecto negotio licet presbyter non esset excommunicatus de iure. tamen de facto & ad cautelam ipsum fecerunt absolui. & ideo mandat papa archiepiscopo.quatenus decætero dictum presbyterum non molestet eo quòd post excommunicationem celebrauit diuina. cùm excommunicatio illa facta fuerit post appellationem legitimam: sed omnia reducat ad eum statum in quo erant tempore appellat. emissæ. Bern.
2 ¶ †Not.primò quòd excommunicatus post appellationem non tenetur desistere à diuinis officijs, quia b tali excommunicatio nulla est[b]. vt in cap. per tuas. infrà de sentent. excommunica. Alij tamen tenentur eum vitare secundum Innocen.quod tamen non est simpliciter verum.vnde dic vt hodie habes text.in cap. solet.de senten.excommu.lib.vj.vbi dicitur quòd in iudicijs pendente cognitione nullitatis debet vitari sed extra iudicium nõ etiam in actibus spiritualibus.¶ †No. 3
secundò arg.quòd iudex delegatus potest facere quem absolui ad cautelam.De hoc tamen est dubium. vide per gloss.in.d.c.solet.& ad hunc tex.respondetur euitando contrarium,quòd auditores in curia dati habent ordinariam iurisdictionem:quod tamen ab omnibus non admittitur.sed vide glo.& doct.in cle.auditor.de rescr. Mihi placet primum dictum vt delegatus possit. quia licet hoc specificè sibi non sit iniunctum,tñ est de con c nexis[c] negotio principali.pro hoc bo.text. in cap.prudentiam.§.fi.de offic.delega.& in simili facit text.in.c.in causis.iuncta gloss.de elect.vbi datus ad eligendum potest postulare.

ra.ff.solu.ma. & p gl.ñ.in.c.quæsitũ. de pœni.& remis. & adde qđ negligentia dicitur esse peccatum mortale, & opponitur prudentiæ.vt per beatũ Tho.ñ.ñ.q. lviij.arti.j. & articulo.iij.

SEBA.SAPI.
a ¶Appellatio.Vide Ang.in cõs.cxxx. inci.visis oĩbus.& Ro.deci.xlix.inc. itẽ si appellet à diffinitiua,in nouis. Lapum in allega. xxxix.inci.an valeat appellatio.

ZACHARI.
b ¶Nulla est. Fortè hoc est verum si appellauerit ante excõmunicationẽ latã quia post latã nõ põt appellare: vt no.glo.in.c.cupientes.§.qđ p viginti.& ibi Gemi. de elect.libr.vj. & Alex.in.l.Imperator.ff.de iure fisc. in.l.si qua.de ver. sign.aduerte tñ ꝙ põt appellare à declaratione in quã incidisset in excõicationẽ licet ab excõicatione nõ possit,vt prædixi. ita no.Car.in cle.j.q. ij.de seque.possess. & fruct.

c ¶De cõnexis. Facit gl.fi.in.l.iij.C.si à nõ cõ.iud.fu,ap. vbi dicit gl. ꝙ licet aliâs iudex ꝓprietatis nõ possit de possessione cognoscere vel eccõtra:est verũ dicit gl.aliâs nõ posset de ꝓprietate cognoscere nisi de possessiõe cognosceret tũc põt.l.ij. ff.de iurisdom.iud ¶Adde an delegat⁹ possit facere quẽ absolui ad cautelã.Ol.cõsi.cxlv.

Panormi. super tertia secundi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo non habet suspensam iurisdictionem quin possit fauere ipsi appellationi interposite. vide late ĩ. nu. 45.*

2 *Appellans non censetur renuntiare appellationi adeundo iudicem à quo super innouatione post appellationem factam.*

3 *Possessorium retinendæ põt intentari per seruũ absente domino si turbatur in possessione quam detinet nomine domini.*

¶ CAP. XVII.

CVm teneamur. Si appellans turbatur in possessione sup qua fuit appellatum, iudex à quo põt illam possessionẽ sibi reformare appellatiõe in suo statu permanente. h. d. secũdũ cõmunẽ intellectũ. ¶ Cõmunis diuisio. secũda ibi: *prudentiæ*. ¶ Casus literalis. Aliquis litigabat corã ordinario sub archiepiscopo cantuarien. & alicuius grauaminis prætextu ad papã appellauit. super causa illa de qua litigabat: pendente appellatione aliquis turbauit possessionem ipsius appellantis: quæsiuit archiepiscopus vtrũ liceat ei reformare possessionẽ turbatã eo prætermisso super quo est appellatũ? Respondet papa: si ad ipsum querela exide peruenit ordine iudiciario id sibi licebit, nec propterea intelligitur appellationi re-
1 nũtiare. Bern. ¶ † Nota primò secũdũ cõmunẽ intellectum de quo infero vnũ dictũ mirabile quòd in tendẽtibus in faciliorẽ exitũ causæ appellationis iurisdictio iudicis à quo non est suspẽsa, dummodo abstineat à cognitione causæ appellationis. Vnde potest prohibere attentanda de facto, & attentata reuocare. & vide ad hoc texũ & gl. no. in. c. ij. de ma. con. contra inter. eccle. vbi iudex à quo præcipit partib⁹ ne appellatione durante super matrimonio cõtrahant de nouo matrimoniũ. facit. c. qua fronte. & quod ibi noj. eo. & dicam ibi latius.
2 ¶ † No. secundò ꝙ appellans adeundo iudicẽ à quo nõ super appellatione interposita: sed super innouatione post appellationem non videtur renũtiare appellationi suæ. Ad idem vide bonam glossam. in. c. si à iudice. eo. ti. lib. vj. & quod not. in. c. iij. de eo qui mit. in posse. ¶ Gl. j. videtur ponere vnũ simile in seruo qui põt agere vt possessio turbata absente dño reformet. vt ĩ. l. iij. C. si p vim vel alio modo. sed hoc simile est multũ à remotis, ex superuacuo ponitur hîc qa in nullo confert ad intellectum. c. Et fortè glo. hoc voluit in isto simili: qã sicut ferus regulariter nõ põt esse in iudicio. vt in. l. vix certis. ff. de iudic. & tamẽ interuenire põt pro recuperatione possessionis. ita iudex à quo potest in his casibus specialibus & fauorabilibus suam iurisdictionẽ exercere. sed
3 de hoc dic vt statim dicã cũ glo. sequen. ¶ † Et aduerte quia hæc glo. ibi etiam turbata videtur sentire ꝙ seruus possit agere absente domino etiã interdicto vti possidetis: si turbat in ea possessione quã detinet nomine dñi illa tamẽ lex prima hîc alleg. hoc non dicit. sed loquitur de illo qui fuit possessione priuatus. cõmuniter tamen hîc & ibi, tenet quòd etiã agat pro turbatione vti pos. per illam rubri. & super ea no. & per idemtitatem rationis. arg. in. c. j. & ij. c. cũ dilecta. & quod no. in. c, ex parte.
4 de restitu. spo. ¶ † Opp. contra tex. nam per appellationem nulla remanet iurisdictio cum transferatur ad superiorem. vt in. c. vt debitus. infra eo. ergo non potest possessionẽ reformare. Sol. glo. ij. intrat intellectum. c. & dicit ꝙ cõtrariũ loquitur in delegato, secus in ordinario vt hîc: qa illius iurisdictio solũ suspẽdit super articulo sup quo fuit appellatũ. Ex hoc colligit prima lect. ad textũ. vt procedat in ordinario qui ex iurisdictione generali quam habet potest se interponere, & reuocare de facto attentata per partes vel alios in præiudicium appellationis. secus in delegato qui nõ habet iurisdictionem. nisi super illa causa quæ videt suspensa per appellationem. Petr. dixit ꝙ si plures articuli commissi essent delegato, licet fuerit appella. in vno: adhuc remanet iudex in alijs. ĩ. eo. c. super eo. ¶ Et circa intellectum capi, multum insistunt doct. ex quorum dictis ego colligo ex ordine. vij. lecturas. Prima vt loquatur in ordinario: vt ĩ. dixi. Secũda qñ appellans innouauit. nã hoc casu videt renũtiasse appellationi suæ. ideo iudex à quo poterit se interponere ĩ. eo. c. an sit. Hęc lectu. est vera in se sed nõ cõgruit literæ: tum quia litera loquitur qñ in prejudicium appellantis fuit innouatio facta: tũ quia hîc se impedit iudex appellatiõe remanente in statu suo. Tertia lectu. ꝙ spoliatio fuit hîc facta à tertio. vnde tertius cõuenit iure ordinario corã iudice à quo. & intellige virtute suæ generalis iurisdictionis quam habet, nam cõtra tertiũ innouantẽ nõ proceditur per viã attentati. sed ordine iudiciario. vide glo. no. in. c. nõ solũ ĩ. eo. li. vj. Quid autẽ in delegato respectu ist⁹ tertij? vide quod no. in. c, j. de off. deleg. Quarta lect. vt intelligat qñ filius seu amicus appellantis illius nomine possidens fuit spoliatus; tũc em̃ per comparationem illius corã iudice à quo ille absens renuntiat appellationi: sed hæc lect. procedit respectu renuntiationis, sed nõ satisfacit contrario ex defectu iurisdictionis iudicis à quo. Quinta lect. ꝙ hîc nõ loquit de iudice à quo. sed de archiepiscopo cãtuarien. qui habet priuilegiũ super tuendo iure eorũ qui appellãt ad se. apo. & multũ placet Host. hęc lect. mihi aũt minimè. qa istud. c. cẽt de indubio, & de nihilo quasi nobis seruiret cõtra. l. quod labeo. ff. de car. edic. & c. cũ in iure peritus de off. dele. Sexta lect. ꝙ hoc operatur litis pẽdẽtia. Septima lect. ꝙ fit propter notorietatẽ facti ratione cuius cessat ois suspitio ĩ. eo. c. proposuit. Sed doc. cõiter vident amplecti istã lectu. vt ratiõe nouiter attentati possit iudex à quo se intromittere non attingendo ar-
5 ticulum appellationis. ¶ † Mihi placet hæc lectu. vt generaliter procedat tex. tam in ordinario q̃ in delegato, vt appellatione nõ obstãte possit iudex à quo reuocare attentata in præiudiciũ appellationis licet pẽdeat cognitio appellatiõis, dummodo se intromittat principaliter de articulo appellationis, hoc ꝓbatur tali rõne. Iurisdictio iudicis ordinarij vel delegati non extinguitur per appellationẽ etiã quo ad illam causam in qua fuit appellatum: sed tantum suspenditur quatenus versat cognitio iustitiæ appellatiõis. vt in. c. si à iudice ĩ. eo. ti. libr. vj. vbi iudex à quo citat appellãtem ad audiẽdam reuocationẽ grauaminis. & sic citatus tenetur comparere. Ad idẽ. c. cũ cessante ĩ. eo. sicut ergo iudex habet exercitium iurisdictionis in reuocando grauamine per se illato: ita in reuocãdo grauamine illato per aliũ: seu in reuocãdo attentata in prejudiciũ appellationis. nã cũ cã fit ad eũ redditura appellatiõe nõ iustificata, interest sua vt nihil innouetur. Pro hoc quod leg. & not. in. c. ij. ĩ. eo. & in. c. qua fronte. infra eodẽ, secundũ vnũ intellectũ. Facit no. dictũ Fede. cõsi. lxxxvj. vbi dicit ꝙ iudex à quo qui ꝓnũtiauit instrumentũ nõ esse fœneratitiũ reuocãdo inhibitoriam factã iudici seculari põt post appellationem interpositã inhibere iudici seculari ne appel. interposita pẽdẽte procedat. Et pro hoc alleg. textũ istũ: puto tamen ꝙ si delegatus detulit appellationi quòd nõ possit amplius se intromittere. quia per appellationẽ est abdicata in totum iurisdictio: vt in. c. cũ appellatiõibus, eo. titu. libr. vj. secus in ordinario: qa ex generali iurisdictiõe quã habet potest se intromittere in nouiter ortis. secundũ hoc saluo distinctionem seu differentiam quã ponit ista gloss. inter ordinarium & delegatum. Simile in capit. si quis contra clericum. ĩ. de foro competen. & in. c. cùm speciali ĩ. eod. iuncto cap. iudex. de offi. delega. lib. vj.

Appellatio

SVMMARIVM.

1 *Appellatio generalis respectu cuiuslibet grauaminis nõ valet, nisi restringatur ad certam causam.nu.3. vbi de veritate, an habeat locum in appellatione extraiudiciali?nu.6.*
2 *Appellatio ab vno articulo suspendit iurisdictionem iudicis respectu totius causæ. & hoc si appellator vult.*
4 *Appellari an possit à futuro grauamine. & quomodo in appellatione extraiudiciali?*
5 *In appellatione tam iudiciali quã extraiudiciali an sit causa exprimenda?*
7 *Libellus à quo petitur reuocatio attentatorum post appellationem quomodo formabitur, siue pendente appellatione iudiciali siue extraiudiciali?*
8 *Attentata pendente appellatione iudiciali vel extraiudiciali an sint ipso iure irrita, vel veniant irritanda?*

¶ CAP. XVIII.

1 CONsuluit. ¶ †Generalis appellatio si fiat in oĩbus causis nõ valet: si fiat in vna tãtũ bene valet. Vel summa sic. Generalis & vaga appellatio respectu cuiuslibet grauaminis nõ valet: sed restricta ad certam causam sic. secũda pars ibi: *si verò*. ¶ Casus literalis. Litigãtibus aliquibus corã episcopo & archiepo Bonon. vna partiũ appellationẽ interposuit ab omni grauamine qđ posset sibi cõtingere. iudices p̃dicti super huiusmodi appellatione quid fiendum esset papã cõsuluerũt: qui dns pa. respondit huiusmodi appel. non tenere. Si verò ab aliquo iudice super omni grauamine qđ in vna causa sibi posset inferri q̃q̃ generalis appellatio sit interposita. appellationi tamen
2 eius ab eodẽ iudice est deferendũ. Bern. ¶ †Not. ꝙ respectu vnius grauaminis põt quis appellare à iudice nõ respectu cuiuslibet grauaminis futuri in eadẽ causa. & sic videt hĩc bonus tex. secũdũ vnũ intellectũ pro his q̃ dixi. s̃. eo. el primo in. c. super eo. vt appellatio respectu vnius articuli suspẽdat iurisdictionẽ iudicis quo ad to-
3 tam causam appellatore volente. ¶ †Opponit contra tex. de. c. ij. s̃. eo. vbi reprobat appellatio generalis. Solu. gl. ꝙ hic valet respectu certæ causæ. ibi reprobat generalis appellatio nõ restricta ad certã cãm. & dic ꝙ principiũ huius. c. cõcordat cũ illa decre. Secũda verò pars limitat illũ text. & principiũ huius capi. Diceres tu q̃ est diuersitatis ratio quare valet appellatio respectu vnius 7
causæ tãtũ. licet generaliter proponat, & nõ respectu cu- c
iuslibet grauaminis futuri? Sol. dico ꝙ est grauamen immediata causa appellatiõis: vt in ca. suggestũ. s̃. e. & j̃. e. c. vt debit9. & ij q. vj. c. ad romanã. Et respectu cuiuslibet causæ intentandæ in futurũ non põt prętendi grauamẽ de prẽsenti. ergo nec appellatio põt sic interpõi, qa vbi deficit causa cessat effectus. vt in. c. cũ cessante j̃. eod. sed quãdo restringitur ad certam causam: tũc grauamẽ prę cesit seu prætẽditur de præsenti in aliquo articulo, & propter cõtinẽtiã & cõnexitatẽ seu vnitatẽ causę videt totã causam quodãmodo cõtigisse. nã q aurẽ hoĩs tetigit, totũ hoĩem tetigisse videt. de pœ. di. j. c. vulgaris. & l. vulgaris. ff. de fur. meritò hęc appellatio admittẽda est & valet respectu vni9 causæ. Sed an hodie talis appella-
a tio ualeat vel nõ, licet respectu vni9 causæ? Glo. ista[a] in fine dicit ꝙ non per capitu. vt debitus j̃. e. qa necesse est semper exprimere grauamẽ. Aduerte. qa gl. videt intellexisse tex. istũ qñ appellat generaliter respectu vni9 causæ: nulla appellãdi cã expressa: & sentit ꝙ expresso grauamine admittit etiã ista appellatio. Et hoc expresius sentit Ioan. and. in primo intellectu quẽ dat ad istũ text. Dicit eñ ꝓcedere aliquo grauamĩe illato & appellatiõe expressa, secuta clausula generali vt moris est. Vel secũdũ eũ intelligat de generali interposita in causis maioribus in quibus nõ est necesse cãm exprimi j̃. e. c. vt debit9 in fi. Inn. verò primõ tenuit ꝙ glo. hĩc dicit ꝙ hoc. c. sit
b correctũ hodie in appellatiõe iudiciali[b]. In extraiudicia- ✠SEBA.SAPI.
li verò dicit ꝙ valet appellatio etiã certo grauamine nõ a ¶ Glo. ista. Vide
expresso, dũmodo aliquid fiat, vel dicat grauamẽ timeri Ro. deci. xliĩ. in-
posse, & grauamẽ postea subsequat: aliter dicit nõ admit cip. itẽ si appellet
tendã etiã extraiudicialẽ appellationẽ ꝓpter multas ab- in tit. de appel. in
4 surditates q̃ seq̃ pñt. ¶ †Fatet tñ à futuro grauamĩe ex antiquis. eo. titu.
traiudiciũ appellari posse sic. Appello ne graues me sup Deciũ in consil. ĩ.
tali facto, vel ne quis molestet me super tali possessiõe, inci. itẽ si appellet
etiã si nulla persona exprimat in illa. sufficit eñ ꝙ fiat ex in nouissimis. Ale
plurib9 cõiecturis j̃. eo. c. bonæ. & factũ sit certũ. Ego re xan. in cõsi. lxxx.
spectu appellationis extraiudicialis remitto ad no j̃. e. in inci. viso. colũ. vj.
4 riter non extenditur ad aliũ.Tertiò requiritur † ꝙ cõi iure isti iuuẽtur.nã si ille qui obtinuit iuuetur iure speciali:puta fauore ętatis seu fauore ecclesiæ:victoria istius obtinẽtis de iure speciali nõ prodest alteri:licet concurrant omnia alia in hoc.c.contenta.Ratio:quia beneficium personale non cõmunicatur alteri:sed sequitur personam:vt in reg.priuilegium personale.de reg.iur.libr.vj. probatur in.l.vnica.C.si in communi cau.restit.in integ.postu.nisi ageretur de re indiuisibili:quia tunc fauor specialis porrigeretur ad alium,aliãs sibi nõ prodesset.vt in.d.l.si cõem. hoc casu in multis beneficium ætatis vnius extenditur ad aliũ habentẽ idem ius:vt plenius not.in.d.l.vnica.Quartò requiritur ꝙ idem sit negotium:secus aũt si negotium esset diuersum, vt si fuerunt plures tutores condẽnati ex diuersis negotijs:& vnus appellauit eius victoria non prodest alteri.cessat enim ratio supradicta propter diuersitatem non potest dici vnicam esse sententiam.ar .l.etiam. ff.de mino.Quintò requiritur ꝙ eadem sit defensionis causa .pone exemplum vt in gl.fin.& aliud magis clarum.plures fuerũt fideiussores vnius non renũtiantes beneficio aut.prędente.de fideiuss.sed vt prius conueniatur principalis:& fuerunt omnes cõdẽnati:vnus appellauit & obtinuit vt prius haberetur recursus contra principalem:& hæc sententia proderit alijs cõfideiussoribus: quia eadem est omniũ defensionis causa:secusvbi esset diuersa:vt in gl.fin.Hæc quinꝙ colliguntur ex isto tex.Extra tex .datur sextũ requisitũ .s.vt agatur super re incorporali.& hoc voluit gloss. j.& fuit hæc opin.Azo.in.d.l.si q.ff.de appel.qui dicebat aliud esse in re corporali diuisibili motus:quia speciale est in re incorporali indiuisibili:vt sententia vnius prosit alteri.l.loci corpus.§.si fundus.ff.si ser.vendi.& in.d.l.si cõem.Aliud ergo debet esse in re corporali diuisibili vt est vsusfructus.Nam cum cæterę seruitutes sint indiuisibiles,vsusfructus diuidi potest.vt in.l.j.ad fi.ff.ad leg.fal.Sed hoc dictum cõiter non recipitur per doct.vt no.in.d. l.si qui .Nam si dispositio huius ca.habet locum in re corporali diuisibili fortius in re incorporali licet indiuisibili:maximè quia in vsufructu habet locum ius accrescendi.hoc ergo sextum necessariò non requiritur.Septimò requiritur iuxta ordinem ꝙ alter qui non appellauit tacuerit,ita ꝙ sententiam expressè non approbauerit.nam si approbauerit expressè sententiam q̃tum ad eum victoria appellantis non prodest sibi:quia q̃tum ad eum sententia facit ius.ad hoc.c.cùm super.in ratione sui.s.tit.proxi.& in.l. 1
non tantum.ff.eo.per locum à speciali.vt not.Barto.in.d.l.si qui. Octauò requiritur ꝙ iste sciuerit contra reum appellasse; nam si b
ignorauerit & tacuerit,vr̃ sniam approbasse; q̃tum in eo est,& sic trãsiuit in rẽ iudica.per lapsum decẽdij q̃tum ad eũ.Ad hoc.c.cũ super.de re iudi.probatur etiã secũdũ vnum intellectũ in.l.iij.ff.eo,Si aũt sciuerit cõtra reũ appellasse,videtur tunc approbasse illã appellationem quo ad se:nec põt dici ꝙ tacitè illã ratificauerit:quia sciebat se tutum appellatio
5 ne alterius ex dispositione iuris.¶ † Et hęc faciunt ad qõnẽ.pone ꝙ vnus ex pluribus cõdẽ natis appellat alijs sciẽtib9 & tacẽtib9 lapso de cẽdio fecit cõpositionẽ cũ actore: nũqd alij qui non appellauerunt poterũt prosequi hãc appellationem?nam illa compositio non prodest alijs:quia est quid personale.l.j.C.de trãsactio.de hoc vide in Spec.eod.titu.§.j.versi. sed quid si ille.vbi concludit ꝙ alij poterunt prosequi:quia bn̄ficio iuris appellatio vnius communicatur reliquis.argu.hĩc.vnde nõ potuit in præiudicium aliorum appellationi renuntiare:sicut in simili dixi.in.c.interposita.§. ille denique.s.eod.&facit.c.cùm super,& quod ibi plenè dixi.s.de re iud.& per hoc habes succinctè & clarissimè expeditam totam materiam huius.c.& distingue.glo.per supradicta.

✒ *SVMMARIVM.*

1 *Nõ appellans propter metũ habetur pro appellãte si metus est iustus etiam quod sua culpa prouenerit.*

2 *Nõ valẽs appellare propter metũ debet protestari ad declarãdũ animũ ipsius.videlicet quod omisit appellare per metũ nõ autem per negligẽtiã.*

3 *Appellans in præsentia bonorũ virorũ.fortè quia non põt habere copiã iudicis:sufficit quòd appellet coram bono viro in præsentia tamen testiũ; nec sufficeret notarius cum testibus.*

Practica appellãdi coram bonis viris.&nu.§.

4 *Metus qualiter probetur quòd quis propter ipsum non possit appellare tam respectu iudicis quàm aduersarij quàm statuti.*

¶ CAP. LXXIII.

Si iustus. Iustus metꝰ excusat,adeo ꝙ nõ appellans habetur pro appellante si fuerit protestatus & appellatiõis causas duxerit exprimendas.Primò ponitur thema. Secundò decisio.ibi: *ad appellationis.* Tertiò moderatio.ibi: *dummodo.* ¶ Casus literalis. Aliquis condemnatus est per sentẽtiam diffinitiuam vel etiam interlocutoria contra eum lata est, ante sententiam ille non audet appellare.quę ritur quid sit faciendum?respondet papa si iustus metus excusat illum:ita ꝙ appellare non possit hoc ipso ad appellationis beneficium cõuolasse reputatur:dummodo intra decem dies exprimat causas appellationis coram iudice à quo appellare volebat vel si eius copiã habere non potest in præsentia bonorum virorum idem faciat super hoc protestatione præmissa ꝙ iusto metu appellare non audet:& sic non currunt tempora intra quæ debuit appellare.Ber.¶ † Nota primò ꝙ vt metus excuset ab appellatione interponenda
b oportet ꝙ sit iustus, [b] ideſt non vanus sed

✒ SEBA.SAPI.
a ¶ Nec prodest. Vide quæ scribit copiosè do.Sozi.ĩ consi.cxxxij.inci. insignis doctor.in ij.colũ.in.j.parte,

✒ SEBA.SAPI.
b ¶ Sit iustus . qualis metꝰ esse debet declarat Ang.are. in.§.quadrupli.in instit.de act. Paul. de castr.& Ia.in.l. cùm aliquis.C. de iu .deli. & in.le. interpositas.C. de transac.& ad propositũ vide Felin. in.c.ecclesia sanctę mariæ.col.xxxv. versi.xiij.quęro.s. de consti.vbi ꝙ si iudex consueuit malè tractare consanguineos eorũ qui appellant ab ipso iste erit iustus metus quo ad excusandum non appellantem.

a ¶ Cã metus. Licet aliàs dicamus ꝙ metus cã nõ excuſat quãdo ſui culpa quis incidit in metũ, l. ſi mulier. §. j, ff. qđ me. cau. & regu. imputari. de re. iu. lib. vj. vbi de hoc vide gl. no. & facit ad hoc an ille qui dedit cauſam metui excuſe tur ſi poſtea non b audet appellare. quod no. gl. & ibi do. Ant. & d. Ab. in. c. vt debitus. ſ. e. & quod ibi no. poſt Abb.

b ¶ Et vtrũ. Adde qđ no. d. Ant. in. c, paſtoralis, §. ꝓterea. ĩ, vlti. co. de offi. or. & dixit hoc no. Bal. nõ referre an iſti boni viri ſint laici vel clerici: per no. in. l. ĩ ꝓmittendo. in prin. ff. de iu. do.

✠ SEBA. SAPI.

c ¶ Probetur met⁹. Vide Alex. in. l. ſi cũ dotẽ. §. eo autẽ tempore, colũ. vj. ff. ſolu. matri. & in l. de pupil. §. ſi qs ipſi prætori. ff. de oper. no. nũtia. co. vñ.

d ¶ Coram iudice à quo: & ſi ei⁹ copia haberi nõ põt corã iudice ad quẽ ſi eius copia habe ri põt, aliàs appel latio aliter ĩterpo ſita eẽt nulla. ſecũ dũ Imo. hic. & In. Pañ. in. d. c. ſuggeſtũ. ſ. e. quod ẽ no. quòd primò ẽ appellandum coram c iudice ad quem ſi eius copia haberi põt & ſi ei⁹ copia haberi nõ põt in preſentia honeſtorũ virorũ, idẽ faciat appellans. ſed Spe, eod. tit. in. §. nunc dicamus. ad fi. voluit cõtrariũ ꝙ appellatio non redditur nulla ex eo ꝙ nõ fit in præſentia iudicis ad quem appellatur ſi ſaltem interpoſita fuit corã honeſtis viris: & ita Bald. in additio. Spe. e. ti. col. xij, in verſ. appellatio debet interponi. & ita etiã fuit de mẽte eiuſdem Bald.

probabilis. vt legi. & no. in ſimili ĩ. c. pe. de in inte. reſt. & in. l. j. ff. quod me. cau. nõ tñ requirit ſecundũ Hoſt. vt ſit iuſtus: ideſt ꝙ pars nõ dederit cãm metui. nã idẽ ſi fuiſſet cã met⁹, a alle. l. iſti quidẽ. ff. quod me. cau. ſed all. meliorẽ tex. ĩ. l. nec timorẽ. e. ti. & c. veniẽs. & quod ibi noj. de ſpõſ. & hoc vlt. no. ¶ † Secũdò no. ꝙ nõ valẽs appellare propter metũ debet proteſtari: & ſic proteſtatio eſt neceſſaria ad declarãdum animũ ipſius vt videaẽ omiſiſſe propter metũ & nõ per negligẽtiã. ¶ † No. iij. ꝙ in defectũ iudicis debet appellari ĩ præſentia bonorũ virorũ. & vtrũ b ſufficiat vn⁹ vir: aut debeãt eſſe plures? vide Lap. ĩ all. xl. & Spe. ti. de ſecũdo decr. §. nũc de effectu. ver. ſed nũqd & in ti. de inſtru. edi. in. §. nũc verò. verſic. itẽ pone. Et cõcluſio eſt vt ſufficiat vnus dũmodo fiat in preſentia teſtiũ: nõ aũt notarius & teſtes ſufficerẽt. facit quod no. gl. in. c. vt circa. de elec. li. vj. & hęc no. in practica. Et intelligũt aliqui vt. d. Card. vt neceſſe ſit appellationẽ cõficere: ac ſi eſſet interponẽda corã iudice, & prius proteſtari corã bono viro ꝙ libẽter appellaſſet in preſentia iudicis ſi potuiſſet habere cõmodè ipſius copiã ſeu preſentiã ſed quia nõ põt, appellaẽ corã eo & petit apoſtolos, & debet legere poſtmodũ tenorẽ totius appellatiõis quã interpoſuiſſet corã iudice. Ego puto hãc practicã fore bonã: ſed non ſemper neceſſariã. Arbitror emꝫ ꝓcedere eã qñ ceſſat metus: & nõ põt haberi preſentia iudicis: tũc emꝫ debet appellari in preſentia bonorũ virorũ. ar. in. c. paſtoralis. in fi. de off. or. dixi in. c. ſuggeſtũ. ſ. e. ſed qñ met⁹ excuſat nõ puto neceſſariũ vt appelleẽ. Nã iſte text. ſolũ requirit vt proteſteẽ & cauſas app. exprimat: & ex hoc reputaẽ appellaſſe: ergo nõ eſt neceſſe formaliter appellare. pro hoc. quia ſufficit hoc proteſtari corã ipſo iudice à quo nõ audet appellare: ergo nõ debet intelligi text. vt proteſtatio formaliter nõ contineat appellationẽ: quia de nihilo ſeruiret iſte tex. qñ fit in preſentia iudicis. ¶ † In gl. j. ibi: *& niſi illud proteſtetur &c.* nõ tñ intelligas quòd ſola proteſtatio probat metũ. nã eſſet cõtra. l. metum C. quod me. cau. vbi dicit ꝙ nõ proteſtatione ſed facti atrocitate probatur metus. Qualiter aũt probetur metus c aduertẽdũ. qñꝙ qs nõ audet appel. propter metũ iudicis: qñꝙ propter metũ partis aduerſæ: qñꝙ propter. l. municipalẽ hoc prohibẽtẽ. Primò caſu probabitur metus ſi iudex expreſſè fuerit ſibi minatusꝙ peſſimè tractaret eũ ſi procederet ad appellationem: & intellige ſi talis erat iudex de quo poterat timeri. facit quod no. gl. in. c. cũ ſuper abbatia. de off. dele. vel ſi iudex erat ſolitus malè tractare appellãtes ab eo: vt qa plures incarcerauerat ob hãc cãm. Nũquid autẽ ſufficiat probare ꝙ ſemel malè tractauit appellãtes ab eo? dic ꝙ nõ: quia vnicus actus hominis non probat cõſuetudinẽ: ſed ſaltẽ exigitur binus actus: vt no. dicit Arch. xij. diſt. c. illud. pro hoc. cap. ita nos. xxv. q. ij. & l. iij. C. de epiſ. audi. facit. l. quis ſit fugitiuus. ff. de ædili edi. vide ꝓ Bar. ĩ. l. de pupillo. §. ſi qs ipſi prętori. ff. de no. oper. nũ. Et ĩ hoc aduerte: nã qñꝙ quis timet à iudice appellare, nõ tñ timet corã eo proteſtari, & põt ſeruari ordo huius li- d terę vt fiat ꝓteſtatio corã iudice d ſi eius præſentia cõmodè haberi põt: nã qñꝙ iudex magis prouocaẽ ex ipſa app. cũ per eã recedatur ab eo q̃ per proteſtationẽ: cũ ea nõ obſtãte nihilomin⁹ paret ipſi iudici: & maximè qñ proteſtãs vtiturverbis gñalibus dicẽdo grauaſtis me in tali & tali caſu: libẽter appellarẽ ſi auderẽ. Hæc emꝫ ſimplex proteſtatio ſufficit (vt arbitror) vt nõ videatur cõſenſiſſe grauaminibus iudicis, dũmodo poſtea tẽpore debito probet iuſtũ metum. Si verò timet appellare e & etiã proteſtari corã iudice: tũc poterit proteſtari corã perſonis idoneis & habebit locũ ſecunda pars alternatiuè huius literę: nam nõ habet copiã iudicis propter ipſius metũ: & hoc ſatis ſentit Io. an. licet explicitè non loquatur. Secundo caſu cũ timet aduerſarium poterit proteſtationẽ facere ſecundũ ordinẽ literæ, & probabit metũ modis prędictis. Idẽ dicit ĩ tertio caſu qñ timet appellare propter legẽ municipalẽ. ¶ No. hoc vlt. ꝙ ſæpe nõ audet quis trahere aduerſariũ corã iudice cõpetẽti ꝓpter legẽ municipalẽ q̃ eſt in loco: procedetur emꝫ tũc prout dicitur hîc in gl. fi. Idẽ dicit Inn. in appellatione interponẽda vt illã nõ releuet ſi fiat in abſẽtia c iud. dũmõ ipſius e copia poſsit haberi. & vide quod plenè dixi ſ. e. c. ſuggeſtũ. in gl. fi. in fi. & quælibet iſtarũ ſolutionum põt tolerari. ¶ † No. vlt. rõnẽ in 5 practica. & facit pro his quę. ſ. dixi: vt nõ teneatur appellationẽ formaliter interponere: ſed ſatis eſt proteſtari ꝙ appellare non audet propter metũ: facit. l. ij. C. de his qui per me. iudi. Vel ſol. quartò extra glo. vt intelligatur tex. de cauſis: quare appellationẽ non interponit. & hoc voluit Bart. in. d. l. ij. alij aliter: ſed prædicta ſufficiunt.

De clericis peregrinantibus. Rubri.

¶ Rubrũ ſiue rubrica eſt aliqñ generalior nigro & nõ reſtringitur per nigrum. Continuatur hæc rubri. ad præcedentem hoc ordine. nam. ſ. viſum eſt de appellantibus: ſed quia peregrinantes in multis gaudent priuilegio appellantium meritò ſubñ citur hæc rubr. de peregrinantibus. Et pondera quia in rubr. ſolum fit mentio de peregrinãtibus: ſed in nigro reſtringitur ad peregrinantes ad ſedem apoſto. & ſic quandoq̃ nigrum ſtrictius proꝫ uidet q̃ rubrum: quia rubrum tantum loquitur de peregrinantibus. ſed tex. communiter intelligi tur etiam in alijs accedentibus ad ſedem apoſtoli. alia cauſa q̃ peregrinationis duntaxat. vt. j. latius dicam. & ex hoc no. ꝙ nigrum non debet ſemper reſtringi ad rubrum. ſimile no. per glo. rub. C. etiã ob chirogr. pecu. & probatur in rub. de offi. deleg. lib. vj. iuncto. c. ſi ſuper gratia. & c. j. & fi. eo. tit. li. vj. Nam ibi in rub. ſolùm fit mentio de legatis: & tamen nigrum tractat non ſolùm de delegatis ſed etiam de conſeruatoribus & executoribus datis ad beneficia: & hoc. quia illi in multis habent ſimilitudinem cum ibi delegatis: vt ibi notatur.

in. l. apertiſsimi. in prin. C. de iud. dicẽtis ꝙ verbũ põt nõ importat oino neceſsitatẽ; & hęc pars videtur æqui or: arg. l. quoties. ff. de ver. obl. de reb. dub. & de reg. iu. & ca. abbate. j. de ver. ſig.

e ¶ Abſentia. De hoc an appellari poſsit in abſentia iudicis: vide hîc. d. Ant. col. v. verſic. quæro an ĩ abſentia iudicis &c. & adde quod no. Bal. in. l. apertiſsimi. C. de iudi. & vide gl. & moder. in. c. appellatio. de ap. in. vj. Et adde qẽt his caſibus quibus põt appellari in abſentia iudicis ſi appellatur in abſentia iudicis appellatio nõ ſola iuſtificat appellatio nem ſecũdũ formã c. interpoſita. ſ. eo. ita no. determinat Inn. in. d. c. ĩterpoſita. Itẽ adde quod quẽadmodũ in appellationib⁹ iudicialibus debet appellari corã illis ꝙ grauarũt ſi fieri põt ita etiã in extraiudicialibus. ita no. Imol. poſt gl. j. in cle. j. in. iiij. col. de app. ita dicit Inn. in. c. cùm olim. de do. & contu. ꝓut ibi refert Bal. ꝙ corã iudice eſt appellandum ſi eius haberi põt copia: de quo ꝓ. d. de Rota. deci. cccl j. in ordine nouiſsimo.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Peregrinantes ad ſedem apoſtolicam vel ad limina apoſtolorum non poſsunt interim in partibus in aliquo moleſteri. nu. 2. intellige vt j. nu. 4.*

3 *Clerici gaudent inmultis priuilegio eccleſiaſtico re rebus patrimonialibus.*

5 *Nuntij accedentes pro alijs ad ſedem apoſto. gaudent ne interim in partibus moleſtentur.*

Peregrinantes

6 *Peregrinãtes ad ſedem apoſtolicam quomodo gaudeant priui legio ne interim moleſtentur in partibus: & an contra ip ſos & in eorum præiudicium poſſit fieri miſsio ex primo decreto?*

7 *Peregrinãtes etiam ex cauſa voluntaria gaudent priuilegio iſtius capituli.*

In interdicto vnde vi licet aliàs debeat probari quòd ſpoliatꝰ poſſidebat: & quòd fuerit ſpoliatus: tamen quando intentatur à peregrinantibus ſufficit probare quòd tempore itineris arrepti ille poſſidebat: & quòd nunc reperitur pœnes alium.

8 *Peregrinantes ſiue nuntij accedentes ad ſedem apoſto.nõ poſſunt excommunicari nec contra eos aliquo modo procedi: & ſi ſecus agatur nullum erit.*

9 *Clerici an poſſunt peregrinari ſine licentia ſuorum prælatorum: ſiue ob deuotionem: ſiue ad proſequendam appellationem?*

¶ CAP. VNICVM.

CQuerente. Hoc dicit in ſũma. peregrinantes ad papam maximè clerici cum omnibus rebus ſuis debent eſſe ſub protectione apoſtolica ſecuri. vel ſic & melius comprehendendo quemlibet intellectum. Contra peregrinantem ſeu proficiſcentem ad ſedem apoſtolicam non eſt aliquid innouandum. Primò ponitur querela. Secundò prouiſio. ibi: *licet*. ¶ Caſus literalis. Quidã preſbyter. I. nomine dum vellet ire ad curiã domini papæ cauſa peregrinationis res ſuas & eccleſię ſuæ non poſuit ſub protectione domini papę poſt iter arreptum quidam aduerſarij res ſuas & eccleſiæ abſtulerunt, vnde ille conqueſtus fuit domino papæ: dicit papa ꝙ licet ille preſbyter non poſuerit res ſuas & eccleſiæ ſub protectione ipſius: tamen hi qui ad ipſum accedunt cum rebus ſuis ſub apoſtolica protectione debent eſſe ſecuri: vnde mandat quibuſdã quatenus quicquid eidem preſbytero poſt iter arreptum ad papam ſubtractum eſt vel ablatum faciant ſibi reſtitui. Ber. ¶ †Not. primò ibi. 1 *res ſuas & eccleſiæ ſuæ &c.* ꝙ tempore etiam antiquo preſbyteri poſſidebant bona patrimonialia vltra res eccleſię. & plus probat iſta litera ꝙ nedum licitè tenent iſta temporalia cũ eccleſijs: ſed etiam gaudent in eis priuilegio tributo rebus eccleſiaſticis ſaltem in multis. & vide tex. in capi. ſi clericus laicum. de foro compe. & capi. ſimiliter. xvj. q. j. & per totum tit. j. de cenſi. ¶ †Not. ſecũdò ibi: 2 *quando ad nos acceſſit &c.* ꝙ remedium huius cap. non debet reſtringi ad peregrinantes cauſa viſitãdi limina apoſtolorum ſeu vrbem Romanam propter ſanctorũ merita: ſed etiam habet locum in accedentibus ad ipſum ſummum põtificem: vt patet ex illo ver. *ad nos.* quod j. geminatur. ¶ †Tertiò not. ꝙ quemadmodum appellantes ſunt ſub protectione ſuperioris ita & peregrinãtes. & latius prouidet hoc remedium q̃ remedium appellationis: quia appellatio non ſolùm tuetur reſpectu articuli appellationis. vt in capi. propoſuit. & in capit. ad hęc. ſ. titu. proxi. ſed remedium huius. c. prouidet in omni cauſa: & quis ſit eius effectus ſpecificus: ſtatim dicam cum gloſſ. ij. ¶ In gloſſ. ſecunda ibi: 3 *cauſa peregrinationis.* Pondera hîc verba glo. nam videntur reſtringere tex. ad proficiſcentes ad ſedem apoſtolicam cauſa peregrinationis dũntaxat. quod non videtur indiſtinctè verum: vt. ſ. dixi. Et vt habeas totam materiam tit. duo ſunt examinanda. Primò in quibus peregrinantibus habeat locum remedium huius titu. Secundò quis ſit effectus huius titu. cùm per alia iura ſatis ſit prouiſum cõtra ſpoliãtes ſeu rapiẽtes bona aliorũ. Nam põt agi interdicto vnde vi. itẽ vi bonorũ raptorũ & alijs remedijs contentis in cap. paſtoralis. de cau. poſ. & pro prie. ¶ †Quo ad primum ſunt opi. nam Abbas ſentit cum opi. glo. vt ſolum habeat locum in his qui publicè aſſumunt ſigna peregrinationis, vt baculum, & peram & ſimilia, & ſtant tempore debito in peregrinationibus. Inno. intellexit magis largè vt procedat in quolibet accedẽte ad papam ex cauſa neceſſaria: vt puta pro appellatione proſequenda: vel vt releuetur ab alia oppreſsione vel ex alia conſimili. ij. q. vj. c. omnis oppreſſus. cum tribus. c. ſeq. & in. c. fin. de dila. & de fo. compe. c. vlti. Hoſtien. intellexit magis largè vt procedat ĩ quolibet accedente ex quacunque cauſa ad ſedem apoſtolicam. ita tranſeunt doc. hîc cum iſtis opinionibus. 4

¶ †Aduerte quia Inn. magis prolixè tractauit intellectum huius titu. c. vt debitus. ſ. titu. proxi. vbi ſenſit ꝙ accedentes ex quacunque cauſa probabili gaudent priuilegio huius titu. & adeo quòd etiam nuntij accedentes pro alijs gaudent hoc priuilegio. pro hoc. c. dilecti. ſ. titu. proxi. puto quod opi. Hoſtien. poſsit procedere ſi ex remedio huius tit. prouideatur tantum contra attentantem de facto vt ex quacunque cauſa accedens ad ſedem apoſto. poſsit recuperare de facto ſibi ablata remedio huius. c. pro hoc facit litera iſta quæ non mandat inquiri de cauſa neceſſaria vel probabili accedendi ad ſedem apoſto. Sed ſi tenemus aliã opi. vt prouideat iſte titu. etiam contra factum iudicis poſſumus tenere opi. Inn. in. d. c. vt debitus. vt requiratur probabilis cauſa itinerandi. nam non videtur æquum vt accedens ex cauſa prorſus voluntaria habeat ſuſpendere iuriſdictionem iudicis. ¶ †Quo ad ſecundum: ſcilicet quem 6 effectum producat remedium huius tit. dic quòd etiã ſunt opin. nam abbas videtur ſentire vt prouideat ſolum contra attentata de facto. ea enim quæ ſunt attentata in iudicio non debent reuocari remedio huius tit. arg. in. c. audita. de reſtit. ſpo. vel ſi de fructibus beneficij peregrinantis fuit prouiſum vicario qui ſeruit loco abſentis. hoc enim non eſt reuocandum. arg. c. puenit. el. ij. ti. proxi. & ſubdit vnum verbum notabile quod contra iſtos peregrinantes poteſt procedi in eorum abſentia. prout not. in cap. conſultationibus. de officio delegat. & ſic ſentit quòd poteſt procedi ad miſsionem in poſſeſsionem ſi non defendatur in partibus. quod not. & hoc tenui apertè in. d. c. vt debitus. & induxi. l. ignorare. C. de reſtitu. mili. vbi fit miſsio contra abſentem cauſa reipublicæ: ſi non defendatur: debuit enim dimittere procuratorem in partibus, fortius debet procedi poſſe ad hunc actum miſsionis cõtra accedentes ad curiam: maximè ex cauſa voluntaria. Hoſtien. enim magis largè intelligit. dicit enim poſſe attẽtari: vt contra peregrinantem ad papam non procedatur per ordinarium iudicem vel delegatum, niſi prius fuiſſet facta præuentio. arg. c. pe. de fo. compe. vel ſecundum Ioan. and. prouidet iſte titu. vt ex facilioribus probationibus iſte peregrinans audiatur. & ſic tranſeunt doct. communiter. ¶ †Dicerẽ tamen ſecundùm meliorem 7 & ſubtiliorem literæ intellectum, ꝙ iſte text. procedit in quolibet accedente ad papam etiam ex cauſa voluntaria. prout apertiſsimè & doctiſsimè ſentit Hoſtien. et per hoc nõ ſuſpenditur iuriſdictio iudicis: quia fuit in culpa non dimittendo procuratorem. Quid autem operabitur & qualem ſenſum præſtabit, & producet tunc iſte tex. dico quòd producit nouum remediũ: nam vbi aliâs intentando interdictum vnde vi. in his habuiſſet probare ſpoliationem ab ipſo nouo poſſeſſore factam, intentando remedium huius titu. ſufficit probare quòd tempore arrepti itineris & eo tempore quo progreſſus eſt, quòd ipſe poſsidebat talem

ZACHARI,

a ¶ Proceſſus. Nõ tenet proceſſus niſi fortè eſſent p procuratorẽ legitimè defenſi: alʒ ſecus, cũ præſumãtur abſentes ẽt ex iuſta cauſa abſentiæ. ita no. Spec. in ti. de reſt. in integ. §. j. ver. ſed qd de mercatore. bonus eſt tex. in, c. ſuper conſultationibus. 8 §. de offi. deleg. & a ibi docto.

b ¶ Prælatorũ. Vide per do. Anto. in. c. ſcripturæ. j. de voto. 9 b

SEBA. SAPI.

c ¶ Peregrinatiõis. Videtur tamen qd idem eẽt ĩ caſu ſu c periori qđ in caſu iſto: qa in iſto caſu ẽ cauſa neceſſaria: in illo eſt cauſa probabilis: & cã probabilis & neceſſaria equiparãtur. vt not. gl. in. l. filiuſta. §. fi. cum l. ſe. ff. de proc. not. Modern. in. l. j. in prin. in gl. ĩ verb. ꝓficiſcatur. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſd. vbi dicũt qd ſicut licet judici delegare cãs meri & mixti ĩperiũ ꝓpter abſẽtiã neceſſariã: ita & ꝓpter abſentiã probabilem,

SEBA. SAPI.

d ¶ Poſsidere. Idẽ dicit Gemi. in. c. commiſſa. de el. li. vj. & in cõ. lxviñ. incipiẽ. formãtur, col. iñ. & idẽ not. d. Anto. de bu. in c. cũ inter. in. iiñ. not. de renũ. & in cle. gratię ĩ. xiñ. q. de reſcrip.

e ¶ Lite pendẽte. 7 e Dicitur aũt pẽdere & rẽ & actionẽ effectã eẽ litigioſam per ſolã citationẽ. ita ĩductum fuit hoc iure per cle. ñ. vt lit. pendẽ. 10

SEBA. SAPI.

f ¶ Adminiſtrandi. Vide Baldũ in. l. priuatorũ. C. de iuriſ. om. iudi. & ĩ authentic. habita. col. xñ. verſi. dicto de ſcholaribus. C. ne fi. pro pa. & in l. caius. ff. de excu. tu. & Ol. ĩ cõ. cxl. vj. ĩc. factũ tale eſt. 11 12 13 14 f

rẽ quę nunc reperiť pœnes tertiũ: & ex hoc capite obtinebit. Vñ põdera ꝙ verba huius. c. ſunt cõpoſita impersonaliter: vt patet ibi: *quicquid poſt iter arreptũ &c.* & ſic nõ requiriť ꝙ reus cõuẽtus arripuerit: ſed ſatis eſt ꝙ peregrinãti res illa fuit ſubtracta ſeu ablata. Si verò volumus tenere opi. Inn. vt procedat in accedẽte ad papã ex cã neceſſaria vel ſaltẽ probabili, poterit teneri illa opi. Hoſt. vt prouideat etiã aduerſus iudicẽ inferiorẽ vt reuocet quicquid fecerit cõtra peregrinãtẽ poſt iter arreptum ſaltẽ id quod eſt grauis præiudicij. Et hoc apertè vult Inn. in. d. c, vt debitus. vbi dicit ꝙ cõtra accedentes ad ſe. apo. ex cã probabili: etiã ſi ſint nuntij aliorũ nõ eſt procedẽdũ. ¶ † Quid ſi fuerit proceſſum: dicit ꝙ nõ tenet proceſſus. [a] all. c. dilecti. el. j. ſ. ti. prox. quod ſatis hîc probatur ſecundũ vnũ intellectum, quinimo probatur ꝙ etiã excõicatio cõtra tales proficiſcẽtes non valeret, quod no. ¶ † An aũt clerici poſsint peregrinari ſine licẽtia ſuorum prælatorũ [b]? So. dicit Hoſt. ꝙ aut volunt accedere cã merę peregrinatiõis vt propter deuotionẽ: & non licet ſine authoritate ſuperioris, vt in. c. nõ oportet. de cõſe. di. v. etiã ſi ſint, epiſcopi. vt in. c. magnę. devoto, Aut nõ cã peregrinationis: [c] ſed pro appellatiõe pro ſequẽda vel pro vitãda oppreſsione: & tunc poſſunt ire ad papã non ad aliũ ſuperiorẽ etiã inuito prælato eorũ, jj. q. vj. omnis oppreſſus. & tribus. c. ſeq. de honeſtate tamen debẽt petere licẽtiam: quod ſatis placet. arg. c. licet. de reg. Aut volũt accedere & peregrinari pro vtilitate eorum tãtum ſine cã neceſſaria: & tũc tenet ꝙ ſit opus habere authoritatem ſui prælati vel dñi papę. in aut. de ſanct. epiſco. §. interdicimus. quod no, & per hoc habetur clarè materia huius titu,

De confirmatione utili uel inutili. Rubrica.

¶ Hæc ru. cõtinuatur hoc ordine. ſ. viſum eſt de ſuſpenſione ſententiæ ſeu iuriſdictionis iudicis quę fit remedio appellationis ſeu peregrinationis: ſed quia ſententia ſeu proceſſus iudicialis quandoq; confirmatur per ſuperiorem: & poſſet dubitari de validitate & inualiditate confirmationis meritò ſubijcitur hæc rub, de confir. vti, vel inuti,

SVMMARIVM.

Confirmatio facta per papã ſuper aliqua re non põt per inferiorem infirmari. & nu. 4. niſi fuerit ſubreptitia vel facta ſuper re litigioſa. & nu. 3. & 8. 1

Pacificè non dicitur quis rem poſsidere ſuper qua eſt mota ſibi quæſtio. 2

Litigioſa nõ efficitur proprietas ſi qõ eſt ſuper poſſeſsiõe mota, 5

Cõfirmatio ſuperioris an & quãdo tribuat ius confirmato? 6

Confirmatio in forma communi quomodo dicatur?

Clauſula: ſupplẽtes de plenitudine poteſtatis omnem defectum an faciat de inualido validum? 7

Confirmatio papæ an & quando operetur quòd res confirmata non poſsit amplius infirmari? 8

Notorium dicitur illud quod conſtat ex tenore bullarum Papæ. 9

Confirmatio facta alicui ſuper aliqua re: operatur tantum vt non poſsit infirmari res illa reſpectu præteritorum: ſecus reſpectu eorum quæ de nouo poſsunt oriri: videj. eod. cap. ad noſtram. nu. 6. in fi. 10

Priuilegium non extenditur ad ius incogitatum. 11

Sententia nulla vel alij actus non poſsunt confirmari: maximè inuita aliqua partium. 12

Confirmatio alicuius rei: puta legitimationis: vel poſseſsionis: non poteſt peti: niſi primò ſuper his moleſtetur. 13

Princeps confirmando non poteſt ſupplere defectum conſenſus deficientis in re confirmata: niſi talis res penderet à mera facultate ſua. 14

¶ CAP. I.

I quis. Hoc dicit. † de re ſcienter cõfirmata per papã iferior iudex cognoſcere nõ põt: niſi confirmatio nõ tenuerit vt quia ſubreptitia vel de re litigioſa. h. d. iſtud ca. cũ ſeq. Secunda pars ibi: *ſed ſi.* ¶ Caſus literalis. Aliquis mouet quæſtionẽ cõtra aliquẽ ſuper re aliqua, reus lite pẽdente impetrauit à ſede apo. cõfirmationẽ rei litigioſæ. quęſitũ fuit an per hoc iudex ſuperſedere debeat cauſæ cognitioni? reſpõdetur ꝙ ea nõ obſtãte de cã cognoſcere debeat: & eã ſine debito terminare. ſed ſi rẽ pacificè poſsidebat qñ confirmationẽ obtinuit non licet iudici poſtea de qõne ſuborta cognoſcere vel diffinire ſine mãdato apoſtolicæ ſedis. & in. c. ſeq. dicitur de cõfirmationibus apoſtolicę ſedis non licet alicui iudicare niſi ad hoc habeat mãdatum, aut certũ ſit ꝙ ſuper falſam ſuggeſtionẽ ſint illicitę. Ber. ¶ † No. j. ꝙ confirmatio facta de re litigioſa eſt ipſo iure nulla: vñ eanõ obſtãte põt ipſe iudex inferior procedere ad vlteriora tã in cognoſcẽdo q̃ in decidẽdo. Et intellige qñ in confirmatione nõ fuit facta mẽtio de litigioſis. nã ſi fuit facta mẽtio arripitur illa cã ab inferiori iudice: vt hîc in fin. text. 2

¶ † Secũdò no. ꝙ nõ dicitur quis rẽ pacificè poſsidere d 3
ſi ſuper ea mouetur ſibi qõ. facit quod no. in. c. cõmiſſa. d
de elec. li. vj. ¶ † No. iij. vnum notabilẽ effectũ cõfirma- 4
tionis factę per Romanũ põtificẽ: intellige ex certa ſciẽtia: nã præcludit manus ordinariorũ vt amplius nõ poſſint cognoſcere ſuper re cõfirmata: vel validitate ipſius cõfirmationis. ſimile in. c. cũ veniſſent. de iudi. & de hoc j. in gl. fi. latius dicã. ¶ † In gl. j. ibi: *nõ facit rem litigioſam.* 5
Hæc gl. põt habere duos intellectus. Primus ꝙ qõ mota ſuper poſſeſsione non facit rẽ litigioſam: ideſt proprietatẽ ipſius rei. & tunc gl. bñ loquitur: ex quo em̃ nõ mouetur qõ de proprietate non põt dici ipſam effici litigioſam: & ideo poterit alienari proprietas ipſius rei ſine vitio litigioſi. arg. in aut. litigioſa. C. de litig. alle. in glo. Secundò põt gl. intelligi ꝙ ipſa poſſeſsio nõ efficitur litigioſa ex quo nõ agitur de dñio: prout requirit aut. prę- alleg. Contrariũ huius tenet hîc. d. Ant. & credo ꝙ bñ: quia licet non agatur de dñio rei agitur tñ de dominio poſſeſsionis: & ideo non licet trãsferre poſſeſsionem in
alium lite pẽdente. [e] & notabis iſtã gloſſ. cum prędictis. e
¶ † In gl. ij. in fi. Pro declaratione glo. & materiæ debes 6
ſcire ꝙ confirmatio qñq; tribuit multum noui iuris, vt confirmatio electionis facta per ſuperiorẽ. nam tribuit
poteſtatẽ adminiſtrãdi. [f] vt in. c. trãſmiſſam. & in. c. qua f
liter. de elec. Qñq; nullum ius tribuit: vt eſt cõfirmatio cuiuſq; rei facta per papam in forma cõmuni: ſed ſolet impetrari ad cautelã ne videatur ſine ſciẽtia papæ procedere vt magis timeatur. & dicitur facta in forma cõmuni: qñ fit conditionaliter. nõ cognito de cauſa. vt cõfirmam? tibi poſſeſsionẽ quã iuſtè poſsides: vel per ſimilia verba: ſeu per ſimilẽ formam. & de hac confirmatione vide tex. cum gl. in. c. quia diuerſitatẽ j. de conceſ. prębẽ. Quædam confirmatio vetus ius cõfirmat & conſolidat: vt qñ fit confirmatio ex certa ſciẽtia. & dicit ex certa ſciẽtia qñ totum negotiũ fuit papæ reſeruatũ & ipſe poſtmodum confirmauit: maximè apponẽdo clauſulam ex certa ſciẽtia: & hæc cõfirmatio operatur plus vel minus ſecundũ ſubiectũ diſpoſitum. nã ſi iuſtè poſſidebat operabitur vt inferior non poſsit amplius de illa re cognoſcere: ſcilicet vtrum iuſtè poſsideat vel ne: vt hîc & in. c. ſeq. Item facit rem maioris authoritatis. xj. diſt. c. quis neſciat. † Quandoq; operatur maiorem effectum: nam ſi iſte iuſtè non poſsidebat incipit iuſtè poſſidere. vnde ſolet papa apponere clauſulam ſupplentes de plenitudine ptãtis oẽm defectũ &c. & ſic inualidum 7
facit va

facit validū. vt in.c.j.de trāsac.iij.q.vj.hęc quippe.adde
8 quod dicā in gl.seq. ¶ †In gl.in ver. *exorta.* ibi: *sed certè non est verum.* Hæc impugnatio concernit primum membrum distinctionis Vin.& non secūdū: vt patet ex sequentibus.Et vt habeas clarè totā materiā glo. distinguе sic.Aut confirmatio fuit facta in forma cōi, vt dixi in prędcedenti gl.& tunc non prędudet viā iudicibus ordinarijs cognoscēdi de validitate iuris cōfirmati : seu de iure cōpetenti ei qui obtinuit confirmationem: qa talis confirmatio parū aut nihil operat:vt.s.dixi.de tali confirmatione non loquit iste tex.nec.c.sequēs.Aut confir-
2 matio [a] fuit facta ex certa scientia: & tūc si est subreptitia:puta qa fuit obtēta super re litigiosa nō habita mentione de litigio:vel alio modo peccat in subreptione:& dicendū est idem.nō enim valet talis cōfirmatio : vt hīc in.c.seq. & hoc intellige qn notoriè cōstat de vitio subreptionis:puta vt dicit Inn.in.c.seq. qa pars confitet vel
9 constat ex tenore bullæ.¶ †Et no.hoc dictū ꝙ id qđ cō stat ex tenore literarū papæ dicit notoriū : & ita loquit tex.in.c.seq.dū dicit: *aut certum sit &c.* Si verò est probabilis dubitatio super subreptione nō pōt inferior super hoc cognoscere quēadmodum non pōt cognoscere generaliter de priuilegijs papę:ex quo insurgit probabilis dubitatio:vt est tex.in.c.cū veniissent.s. de iudi. secus
10 dic vbi dubiū esset leue:vt ibi no.† Si verò confirmatio non est subreptitia non pōt inferior cognoscere de validitate cōfirmati:vn respectu præteritorū p̄clusa est via inferiorib⁹:sed respectu eorū quę de nouo orta sunt:vt puta si accusat de crimine ꝓpter qđ priuari meret iure confirmato non est inferioribus iudicibus sublata potestas:vt no.dixit ista gl.quā tenebis menti, & ꝓbatur ra-
11 tione.Primò † qa confirmatio seu priuilegiū non extēdit ad ius non cogitatū.ad hoc qđ in simili leg.& not. in c.cū inter.P.de renun.& in.c.suggestū.de deci.Itē si dicerem⁹ oppositū sequeret ꝙ cōfirmatio p̄stet exemptio nē respectu ordinariorū:qđ nō est dicendū. cū tātū papa velit sibi confirmare ius respectu iuris obtēti de præ-
12 terito.¶ †Sed extra gl.q̄ritur nunquid possit peti confirmatio snie à qua intra decendiū non fuit appellatum. Inno.instat:& primò arguit ꝙ sic:qa si snia tenuit trāsiuit in rem iudicatā & fecit ius inter partes: licet fuisset iniusta:vt in.c.cū inter.de re iudic.&.l. ingenuum.ff. de statu homi.& sic frustra fieret cōfirmatio. Aut snia erat nulla:& idē dicendum est: qa qđ nullum est confirmari non pōt:vt in.c.auditis.s.de elec.cum simi.Itē possessori non est ꝓdita actio.vt in.c.examinata.s.de iudi. & insti. de act.post prin.Sed his non obstantibus Inno.hīc tenet oppositū dicens:ꝙ confirmatio multū poterit operari. nam si snia erat nulla & cōfirmat postea iudicialiter cū causæ cognitione efficitur valida : qa secunda snia quæ est contra ius partis transit in rem iudicatam si ab ea nō appellatur:nec poterit postmodum obijci exceptio nul
b litatis [b] si prima snia petitur mandari executioni.& cum hac conclusione Inn.transeunt doc.hīc. Sed aduerte. qa idem Innocē.in.c.seq.assumit generaliter materiam qui actus iurisgentium seu iuris ciuilis & canonici possunt peti confirmari. & ibi concludit ꝙ actus iuris ciuilis & canonici possunt peti confirmari etiam contradicente parte citata.Exemplum de ciuilibus in.l.adoptio.& in.l. nam ita.ff.de adop.facit tex. in.c. bonæ j.eo. Exemplum de canonicis quādo petitur electio confirmari:vel aliud ius canonicum:sed actus iurisgentiū vt sunt contractus puta venditio:locatio:& similes:non possunt peti confirmari inuita altera parte:nec cogitur altera pars in iudicio respondere : quia isti actus dependent à mero consensu partium:ideo iudex non habet se impedire nisi velit confirmare partibus consentientibus.Hostiē. dicit se non capere hanc subtilitatem Innoc. Nam licet contractus à principio sint voluntarij: tn ex post facto necesse est eos obseruari vt in.l.sicut.C.de act.& obli.& in reg. quòd semel placuit.de reg.iu.lib.vj.& iō nō videtur differentia ex post facto inter actus ciuiles seu canonicos &
13 actus iurisgentiū.¶ †Sed attendendū est qđ Innoc. in.c. seq.dicit plus sibi placere.quòd no.ī.c.cām j. qui filij sint legi.& ibi videtur tenere oppositum eorū quę no.hīc & in.c.seq.dicēs:quē non posse petere pronūtiari se esse legitimū vel matrimonium validum: vel quid simile nisi de hoc moueatur quęstio ibi principaliter vel diffamet. iuxta.l.diffamari.C.de inge.manu.vel incidenter hoc petat in iudicio.vt puta quia agit de hæreditate & opponitur defectus natalīū:tūc propter cōtradictionē bene poterit petere se pronuntiari legitimū . Conclusio ergo est ꝙ ex quo quis est in possessione vel quasi alicuius iuris vel rei non potest petere confirmationem [c] ab inferio-
c ri:sed à principe potest.Et hanc opinio.tene nisi in casibus.s.exceptis.& per hoc dico limitandum hoc dictum Inn.hīc.vt si lapsum sit decēdium:ita ꝙ nō est loc⁹ appellationi nō potest peti cōfirmatio snię ab inferiori: sed à principe sic.facit quod leg.& no.in cle.si appellationē.de appel.hoc tn intellige prout plenè distinxi.in.c.iiij. s.de
14 re iud.vbi vide.¶ †Nunquid autē princeps in cōfirmatione possit supplere defectum iuris naturalis: puta defectum consensus?sensit Inn.in.c.seq.ꝙ non:nisi sit talis actus qui pēdeat à mera facultate principis:vt puta contractus super rebus ecclesiasticis.nā q̄tuncunq; sit nullus ex defectu cōsensus:puta quia capitulum non consensit pōt papa cōfirmare.facit ad hoc.c.proposuit.de concess.prębē.& quod no.in.c. constitutus.de rescrip. & in c.veniētes.de iureiu.& in.c.cūcta per mundū.& in.c.per principalē.ix.q.iij.Et p hoc habes expeditā materiā hui⁹ c.& seq.nā vt materia esset collecta:maximè quia dicta hęc limitāt per no.in.c.seq.ideo voluit contexere hīc totā materiam vtriusq;.c.sed fortè hac ratiōe.gl.nihil scripsit super.c.seq.quod non accidit in alio.c.huius compilationis.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio sententiæ à qua fuit appellatum obtenta tacito de appellatione est subreptitia.*

2 *Literæ secundæ valent:licet non faciant mentionem de primis literis:si illæ vel erant nullæ:vel exceptione elidibiles.*

3 *Literæ secundæ non tollunt primas de quibus facta est generalis mentio:sed requiritur quòd fiat specialis.*

4 *Confirmatio in forma communi quomodo fiat?*

5 *Vbicunque plures lecturæ possūt elici ex vno textu.illa est amplectēda quæ magis cōuenit rubricæ vbi est positus ille tex.*

¶ CAP. III.

1 BOnæ.† Literæ cōfirmationis super sententia à qua erat appellatū non valent si appellatus malitioscè præuenit appellātē,aliās pendēt donec de appellatione cognoscatur . Potest legi & alijs modis:vt patebit exj.dicendis.sed non insisto,quia non continet vtilitatem magnam.Et primò ponitur consultatio.Secundò responsio bimēbris.ibi. *respondemus.* secundum membrum ibi: *verū.* ¶ Casus literalis . Lata fuit sententia diffinitiua pro ecclesia contra aduersariū ecclesiæ.ille intra decē dies appellauit.iudices nihilominus mandauerunt snīam executioni.appellās literas impetrauit de reuocanda snīa.ecclesia pro qua lata erat sententia cautè præueniēs appellātem literas confirmationis sententię promulgatę impetrauit,in quibus de appellatione facta nulla mentio habebatur:ideo quæsitum fuit quæ literæ prævalerent?rndet papa ꝙ literę posteriores debent prioribus prę̄iudicium generare:& iudices debent cognoscere de appellatione non obstante cō firmatione obtenta veritate tacita super re litigiosa.Sed si diceretur in literis appellationis secundò impetratis veritati & iustitiæ ꝓpræiudicantibus : vel etiam sub alia

✠ SEBA.SAPI.

a ¶ Confirmatio. Quid operet confirmatio ex certa scīa: tradit Feli.in c.ñ.co.xviñ.ī ver. leges insertæ.s. de rescri.Alex.ī cōsi. cxxv.inci. viso ti. col.fi.in.ñ.vol.

b ¶ Nullitatis. Et dicit hic.d.Bar.de bel. in addi. ad.d. Ant. ꝙ hoc dictū Inn.ī telligi debet de confirmatione snię nullę aliter c̄ꝑ per viā appellationis. sec⁹ qn̄ prima snīa nulla fuit cōfirmata p iudicem appellatiōis qa tūc c̄tūcūcq; nō appellet à secūda poterit dici de nullitate vtriusq; ad impediēdā executionē snīæ.tex.est in cle.j.de re iudi. & p illū textū iudicio suo nō bene dicit.d.Ant . hīc ī fi.in vers. habetur pro valida ex quo nō reperitur appellatū &c.

c ¶ Confirmationē. Et an ille q habet ius in beneficio si timet cōtradictorē possit petere vt p̄nūtietur se fuisse canonicè institutum?vide hīc p.d. Ant.in.vlti.col.in prin . vbi dicit ꝙ sic.et facit optimè ad hoc glos.in.l. si cōtēdat. ff. de fide ius.& qđ no.domi. Ant.in.c.finā.cir. fi.de rescr. debet tamē facere ad hoc citari partē aduersam.prout no.do. Ant .j.eo.tit.c. venerabilis. in prin. vlti.col.

forma verborum dūmodo de literis confirmationis nihil exp̄ſſè diceretur: rn̄det papa ꝙ tūc tādiu literę confirmationis ſuę debent habere vigorem donec de iniqua ſnīa plenius cognoſcatur per ſecūdas literas & in ſuſpenſo cōfirmatio remanebit. Ber. ¶ † No. primò ꝙ quādo priores literę ſunt nullę vel ſaltē exceptiōe eliḋibiles, nō eſt neceſſe in ſecūdis facere mētionē de prioribus. valēt eñ hic poſteriores literę īpetratę per appellātē nullā facientes mentionem de prioribus impetratis per appellatū: & hoc ſō. quia primę ſunt nullę vel ſaltē poſſunt annullari per exceptionē: vide bo. tex. cū gl. in c. ex. tenore. de reſcri. & in c. ſuggeſtū. de iu. pat. & in c. cū noſtris. de cōceſ. prębē. & innuunt iſtę vlti. gl. idē eſſe in literis impetratis ad bn̄ficia. quod no. ¶ Secundò not. ꝙ appellans pōt literas impetrare qn̄cunque vult, nec pōt p̄ueniri nisi per appellatū. de hoc dicvt le. & no. in c: oblatę. et. c. ſępe. s̄. de app. & quia materia fuit in toto illo tit. ſatis diffuſa: iō non inſiſto hic in tangentibus materiā appellationis: ſed quicquid hic dicitur eſt reducendū ad materiā ibi contentā. ¶ In gl. ij. in fi. Hec gl. ſentit primū intellectū de quo j. in glo. fi. & intellige iſtam glo. & ſeq. ſecundum ea quę dicā in gloſ. fi. ¶ In gl. fi. in fi. Ex hac glo. colligūt doct. duas lect. ad iſtum tex. quę vidētur ſibi cō trariari iuncto prin. cū ver. *verum*. nam in prin. ſimpliciter innuit priores literas impetratas per appellatum eſſe nullas. ſed in verſi. *verum*. innuit eas eſſe in pendenti ſeu quòd debēt literę ſuū habere vigorem donec de iniqua ſnīa cognoſcatur. prima lec. eſt vt principium intelligatur quando appellatus impetrauit literas ad iudices delegatos ſuper confirmatione ſuę ſnīę: ſed non valuerunt, quia nimis prę uenit appellantem iuxta ea quę habentur in c. oblatę. ſupra de app. verſi. *verum*. intelligitur quando impetrauit tempeſtiuè: id eſt nimis non prę ueniendo tunc enim valent priores, & iudices per eas dati debent cognoſcere de validitate ſnīę non obſtante quòd in ſecundis impetratis per appellantem ſit facta mentio generalis de prioribus. ¶ † Nam generalis mentio non tollit priores literas: ſed oportet quòd fiat ſpecialis. vt in. c. ij. de do. & contu. Et ſecundum hunc intellectum adderet iſte tex. ad. d. c. oblatę. vt literę priores impetratę debito tempore per appellatū prę ualeant ſecundis impetrandis per appellantem etiam ſi in ſecundis fiat mentio generalis de prioribus: vt puta per illa verba nullis literis veritati & iuſtitię &c. et ſecundum hoc clarus eſt intellectus. c. ſed non placet: quia non conuenit rubricę. nam ſi vtręque literę fuiſſent impetratę ad iudices facerent potius ad tit. de appel. ſed quia hīc tractatur de confirmatione debet tex. intelligi ſecundum alium intellectū: videlicet ꝙ primū reſcriptū īpetratū per appellatū fuit purè confirmatorium ſententię. ¶ † Ita quòd papa confirmauit ſententiam in forma communi: ſcilicet ſicut iuſtè lata erat: nec mādabatur aliqua cognitio iudici bus: ſed literę per appellantem impetratę erāt ſolę iudiciales: & dubitabatur quę prę ualerent. nan videbatur ꝙ ex quo ſententia erat confirmata per papam quòd non poterant iudices impetrati per appellantē cognoſcere de viribus ſententię ex quo literę non faciebant expreſſam mentionē de reſcripto confirmatorio. Sed hoc non obſtante papa decidit diſtinguendo quòd ſi primum reſcriptum non faciebat mentionem de appellatione eſt nullum, poſtmodū in ver. *verū*. mutat caſum ſcilicet quādo reſcriptum faciebat mentionem de appellatione: ſed ſecūdę literę habebant illam clauſulam generalem non obſtātibus literis &c. Hęc enim mentio generalis nō habuit euacuare confirmationem legitimo modo factam in modo communi: nec cōfirmatio ex quo erat facta in forma communi habebat prę cludere viam cognoſcēdi de iniquitate ſentētię. vt dixi. s̄. c. j. Ideo reſcriptū cōfirmatoriū in hoc caſu habet interī ſuū vigorē: ſed nihilominus per ſecundas literas proceditur ſuper cognitione appellationis: & ſi ſentētia retractabitur, reſcriptū cōfirmatoriū remanet nullū: quia fuit factū in forma communi ſcilicet ſicut iuſtè lata erat. ſi verò ſnīa cōfirmabitur habebit ſuum effectum. & ita declarando ſecundā lect. glo. videtur veriſsima. Nec inſiſto amplius in alijs lecturis q̄ ſunt modicę vtilitatis. Nā (vt dixi in. c. ij.) confirmatio facta in forma communi de modico ſeruit. ¶ † Notabis tamē ſemper iſtam gl. ad alium effectum ꝙ vbicūq; plures lecturæ[a] poſſunt elici ex vno text. illa amplectāda eſt quæ conuenit rubricæ. & ſic debemus ſemper interpretari textū vt conueniat titulo ſub quo ſituatus eſt. Not. vnum modum arguendi à ſituatione rubricæ: vide ſimilem glo. in. c. tibi qui. de reſcrip. lib. vj. & in. c. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. e. li. & in. c. vnico. s̄. tit. proxi. in. gl. ij.

a ¶ Plures lectu. Q̄ñ l. vel decr. ſiue tex. poteſt habere plures lec. illa eſt verior: & approbari debet quę magis conuenit et adaptat rub. & ſic ex rub. poteſt argui pro elicienda veri ori lect. & adde gl. ñ. in. c. cū monaſteriū. s̄. de ele. & ibi habet maximè p Io. an. & gl. in ver. repetit. in leg. fi. in prīc. & ibi Bar. ff. de cōdi. indebi. & gl. fi. cir. fi. in. l. ius ēphiteotici. & ibi Bart. ad fi. de fun. pa. li. xñ. facit. l. imperatores. ff. de ī diē adiec. accedit glo. valde no. in. l. j. C. ne li. ter. prouo. in glo. iñ. in ver. prouocare. quę nota, vult quòd ſi verba tex. ſunt dubia ꝙ declarētur p rub. & ſecūdū illā intelligatur. & illā glo. nota. ibi Bal. in. iñ. col. et dicit eſſe val de not. p rubr. ſta tutorum. idē etiā Bal. in leg. fi. per illū tex. ff. de hęre. inſti. & not. Ang. ī aut. de īceſ. nup. in princ.

3

4

✣ SEBA. SAPI.

a ¶ Plures lec. Vide Alex. in. l. j. col. iñ. vbi Mod. ff. ſi cer. pe. & in cōſ. clxxix. ī ci. maturè dige, ro. ñ. ī. ñ. vo. & in conſil. xiñ. inci. circa primū. col. v. in. iñ. volumine.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Innouatio priuilegij operatur tantùm conſeruationem iuris ſi quod competebat.*

2 *Priuil. gium vnum tantum habere eſt periculoſum. & quare: & quod remedium?*

3 *Sigillum epiſcoporum & abbatum eſt autenticum: de alijs verò aliorum inferiorum: vide remiſsiuè.*

4 *Trāſumptio alicuius ſcripturæ poteſt delegari alicui qui fideliter & ſolennem tranſumptionem faciat.*

5 *In renouatiōe priuilegiorū pōt pars cuius intereſt cōtradicere.*
Priuilegia præſcriptione vel alio modo ſublata non debēt renouari: ne præſtent materiā litigandi.

6 *Ex idētitate rōnis extēdit nō ſolū diſpoſitio: ſed ēt caſꝰ excep.*

7 *Abſentes ſunt vocādi ad capitulū: nō ſolū in caſibus exceptis: ſed etiā in non exceptis in quibus militat eadē vel maior rō.*

8 *Taxatiua dictio nō excludit caſus ſimiles in materia fauorabili & pia.*

9 *Inſtrumenta ſiue priuilegia poſsunt ſcribi & publicari tam in charta pergameni quā bōbacina?*

10 *Quaſi: iſta dictio de ſui natura nō eſt expreſsiua veritatis: licet aliquando ſic propter ſubiectam materiam.*

11 *Contra exemptū & immediatè ſubiectū papæ præſcribitur ſpacio quadraginta annorū: ſed quatenus præſcriptio poſset præiudicare papæ requiritur ſpatiū centū annorū.*

12 *Præſcriptio centū annorū requiritur non ſolum aduerſus res ipſius Romanæ eccleſiæ: ſed etiam aduerſus res quas facit libe ras ipſa Romana eccleſia.*
V ſucapio triennalis nō habet locū in rebus mobilibus Romanæ eccleſiæ: & an idem ſit in inferioribus eccleſijs?

13 *Præſcriptio centenaria an poſsit per teſtes probari?*

14 *Libellus aut ſententia quō formantur quando prælatus vult vendicare aliquā eccleſiam?*

15 *Succūbens in cauſa pōt cogi ad lacerandū vel corrūpēdū inſtrumenta ſuper quibus ſe fundabat.*
Si pœnes aliquē ſunt aliqua inſtrumenta ſibi inutilia: ſed alteri præiudicialia: poteſt cogi ad illa laceranda.

16 *Priuilegium quod legi non poteſt propter vetuſtatem vel conſumptionem non debet renouari. ſecus ſi legitur ſed cum difficultate.*

17 *Mulier nō pōt regulariter eſſe ꝓcuratrix aut arbitrix aut iud.*
Mulier pōt habere iuriſdictionē quando ſucceſsit in aliquo regno vel comitatu.
Mulier regulariter non eſt procuratrix ad iudicia ſed ad negotia ſic: de quo tamen vide remiſsiuè.

18 *Abbates & alij religioſi an poſsint eſſe procuratores?*

19 *Papa & imperator poſsunt eſſe iudices in cauſa propria.*

20 *Literæ cōmiſsarij in cauſa ſibi cōmiſsa nō plenè probāt: licet faciāt adminiculū.*

21 *In cauſis ſummarijs & parui præiudicij non requiritur litis cōteſtatio.*

22 *Exceptio nō requirēs altiorē indaginē impedit actum qui de ſui natura exigit celeritatē: ſecus ſi requirit altiorē indaginē.*

Et quæ

Et quæ dicatur requirere altiorem indaginem.
23 *Litis contestatio non requiritur quãdo agitur sub renouatione vel transumptione instrumenti.*
24 *Causa summaria quæ dicatur.*
25 *In renouatione priuilegij an debeat pars citari?*

¶ *CAP. IIII.*

1 CVm dilecta.¶† Innouatiopriuilegij nouũ ius nõ tribuit nec antiquũ confirmat, sed si quod cõpetebat cõseruat. Vel breui⁹ sic. Reuocatio priuilegij non inducit confirmationẽ iuris in eo contẽti. Diuidit in septẽ partes. Primo ponit sororũ petitio & papæ cõmissio. In secunda ibi: *nos autẽ.* inquisitorũ relatio & canonicorum obiectio. In.iij.ibi: *vnde.* iudicũ datio & ab ipsis appellatio. In quarta ibi: *nuper.* sororũ iterata petitio & etiã earũ contradictio. In quinta ibi: *nos igitur.* papę interlocutio & priuilegij innouatio. In sexta ibi: *quia verò.* papa abbatissam cõstituit ꝓcuratricẽ. In septima ibi: *nolentes.* cõmittit principale diffiniẽdum.¶ Casus literalis. Abbatissa & moniales cuiusdã monasterij volebãt priuilegia sua innouare. vñ cũ propterviarũ discrimina nõ possent illa præsentare dño papæ supplicauerũt eidẽ quatenus aliquibus personis discretis mãdaret vt eorũ tenorẽ inspicerẽt diligẽter. & ipsa sub sigillis suis ad se. apo. destinarẽt: vñ papa scripsit quibusdã episco. & abbatibus vt illa priuilegia inspicerẽt diligẽter: & tenorẽ ipsorum sub sigillis suis sibi fideliter destinarẽt, quod factũ fuit. Papa viso tenore priuilegiorũ dumvellet illa priuilegia facere innouari: quidã canonici proposuerũt id fieri nõ debere cũ hildesemẽsis ecclesia in possessione subiectionis ipsius monasterij per cẽtũ annos & amplius extitisset: vñ ipse tũc priuilegia noluit innouare: sed quibusdã mãdat vt ad locũ idoneũ accedẽtes vocatis qui fuerint vocãdi inquirerẽt veritatẽ: à quibus pars hildesemensis ecclesiæ ad se. apo. appellauit, vñ postmodum abbatissa prędicta petijt iteratò dicta priuilegia innouari. Ex aduerso fuit petitũ vt cãm ipsam dñs papa cõmitteret aliquibus qui testes reciperẽt contra priuilegia monasterij & ad probãdũ prescriptionẽ legitimã producere intendebãt. Dñs papa considerãs ꝙ iure ciuili cautũ est vt qñ periculũ testiũ timetur etiã lite non cõte. testes valetudinarij & alij de quibu⁹ ex aliqua rõnabili cã timetur recipiant: eadẽ equitate prouocatus priuilegia illa quasi nimia vetustate cõsumpta fecit innouari: ita tñ ꝙ per talẽ innouationẽ nullũ ius monasterio acquiratur de nouo sed antiquũ conseruetur. Sed quia prędictũ monasteriũ ad ius & proprietatẽ ecclesię romanæ ꝑ priuilegiũ ꝑde cessorũ suorũ noscitur ꝓtinere: abbatissam ꝑdictã noie romanę ecclesię cõstituit procuratricẽ: vt cũ aduersus iura romanæ ecclesię tãtũ cẽtenaria currat ꝑscriptio super his, & alijs procuret q̃ in iudicio sunt ꝓcurãda. Ne ergo de statu monasterij diutius dubiteẽ mãdat iudici quatenus recipiat testes quos hildesemẽsis ecclesia induxerit ad probãdam ꝑscriptionẽ vel ad interpositionem ostendendã cœnobiũ duxerit producẽdos: & si præscriptio legitima probata fuerit adiudicet subiectionẽ ipsi⁹ monasterij episcopo prędicto cùm cõstet ipsum in sua dioceſi constitutum corrũpendo priuilegium innouatũ: nisi ex aduerso probata fuerit ĩterruptio: quę si probata fuerit episcopo super hoc silentium imponatur & pronuntient monasterium perpetua libertate gaudere
2 priuilegio innouato resignando eidem. Ber.¶† Nota primò ibi: *propter viarum:* quòd periculosum esset habenti vnum priuilegium duntaxat illud deferre ad loca remota. nam eo perdito vel consumpto perditur in effectu ius in eo contentum. ꝙ. de restitu. spolia. c. sæpe. ideo tutum est vt solenniter transcribatur. arg. in. l. vnũ testamentum. ff. de testa. & sic perdito originali vel cõsumpto posit fieri probatio ꝑ trãsumptũ. ꝙ. de fid. ĩstr.
3 c. pen. & vlti.¶† Scdò no. ibi: *sub sigillis suis:* quòd sigillũ episcoporũ & abbatũ est autẽticũ. Quid de alijs ꝓlatis inferioribus & capitulis ecclesiarũ maximè cathedraliũ vide quod no. In. ĩ. c. ij. de fi. inst. facit qđ no. in. c. post
4 cessionẽ. de prob. in. c. si canonici. de off. or. li. vj.¶† Itẽ nota quòd inquisitio tenoris alicuius scripturæ seu indagatio veritatis & falsitatis est delegabilis. posset ergo episcop⁹ vel ali⁹ superior cõmittere inquisitionẽ alicuius scripturæ & ad rñsionẽ inquisitoris solẽnẽ trãsumptionem illius facere licet ipse originale non palpauerit
5 quẽadmodũ hîc papa fecit.¶† Itẽ no. ꝙ per cõtradictionẽ illius cuius interest priuilegiũ non valere impeditur ipsius priuilegij renouatio donec causa contradictionis discussa fuerit. Ex quo ĩfertur quem posse ꝓtẽdere interesse vt priuilegium seu instrumentũ alterius non renouetur. et interesse potest versari in eo ꝙ vexari timet ex documẽtis nõ legitimis. Et ex hoc & ex tex. no. ꝙ priuilegia sublata per prescriptionẽ vel q̃ possunt elidi exceptione nõ debẽt renouari: quia in futurum possunt
6 præstare materiã litigij.¶† Itẽ no. & tene semper menti quòd nedũ dispositio simplex trahit ad aliũ casum ex
a idẽtitate rõnis sed ẽt casus exceptus[a] à regula. [b]nã papa
b hîc casum exceptum. in. c. qm̃. vt li. non conte. vt testes recipi possint nõ seruata iuris solẽnitate trahit ex idẽtitate rõnis ad innouationẽ priuilegij. & sic est hîc casus
7 pro notatis per gl. in. l. j. C. de condi. ind.¶† Et per hoc credo ꝙ licet in iure reperiantur tres casus excepti dũtaxat in quibus absentes debẽt vocari ad capitulum de quib⁹ ꝑ gl. in. c. ij. de testi. li. vj. ꝙ vocãdi erunt ĩ alijs casibus consimilib⁹ vel arduiorib⁹. facit quod no. In. in. c. ij. de noui ope. nũ. & gl. in. c. j. j. de his q̃ fi. à ma. par. c. & per hoc limita id ꝙ dicit exceptionẽ firmare regulã in nõ exceptis: vt in. c. dñs. xxxij. q. vij. & est bo. tex. in. c. ij. ĩ fine. j. de coniu. lepro. procedit em̃ vt restringatur regu
8 la ad casus nõ cõsimiles exceptis.¶† Et vide ad ꝑdicta notabile dictum Bar. post gl. in. l. ſerui. ff. de vsu. vbi concludit quòd si exceptio est facta ꝑ dictionẽ taxatiuã: nihilominus extẽditur ad alium casum si ĩ alia parte iuris reperitur exceptus: vt ibi not. & videt probari in. c. qm̃ in prin. iuncta gl. vt lit. non conte. *Si autẽ specificè alibi non excipit*, & tunc per idẽtitatẽ rationis extẽdit ĩ materia fauorabili & pia. vt sentit gl. no. ĩ. l. illud. C. de sac. san. eccl. in ver. *alicuius*: secus in materia restringibili. vt no.
9 in. l. j. C. de patri. q̃ fi. di. & hoc no.¶† No. ibi: *nõ in pergameno &c.* ꝙ priuilegiũ põt scribi nõ solũ in pergameno sed etiã ĩ papyro. & vide no. per Spe. ĩ. ti. de ĩstr. edi. ꝙ. postremò. ver. itẽ ꝙ est scriptũ in papyro. vbi dicit ꝙ instrumentũ põt esse publicũ in papyro. Et dicit Host. ꝙ licet hæc materia sit periculosior est tñ tutior. qa nõ potest ita fieri abrasio seu alia falsitas in papyro sicut in pergameno. Hodie tamẽ de stylo curiæ rescripta fiunt in charta pecorina vt no. Spec. de rescri. pñta. ꝙ. j. igitur. ver. & quoniã. vbi dicit Io. an. ꝙ notãter dicit pecorina
b & nõ pecudina, quia in plus se habet pec⁹ pecoris q̃ pecus pecudis. Nã pecus pecudis sumit pro iſtis animalibus paruis q̃ sunt ad vsum hoĩs. sed pecus pecoris pro animalib⁹ magnis. vñ cõprehẽdit boues equos & similia. Et hoc ad denotãdum quòdetiã in istis scribũtur quãdoq̃ priuilegia & processus: quidã tñ dicũt ꝙ priuilegiũ nõ erat hîc in charta bõbacina scriptũ sed in quadam materia confecta ex quadã herba quæ vulgariter appellatur pauera, & cum glutinio quodã efficiebatur apta ad recipiẽdũ scripturã. ꝑdicta tñ de iure ꝓcedũt. facit qđ no. gl. & Bar. in. l. cum tabulas. ff. de fur. hodie tñ notarij ꝑstant iuramẽtum de publicãdis instrumẽtis in charta pecorina seu in pergameno. de quo dicendum
10 vt no. in. c. ficut j. ne cle. vel mo.¶† No. ibî: *quasi iã nimia vetustate &c.* ꝙ dictio quasi non est veritatis assertiua

a ¶ Nota diligenter quòd iura limitatoria & ponentia fallẽtias extendun tur ex identitate rationis. & adde hîc eundẽ Panor. in. c. ad audientiã. in. j. not. j. de cler. nõ residẽ. pulchrè loquentẽ hîc. & ẽt notantem ad hoc hũc tex. in. ꝙ. nos igitur. & sic habes hic tex. meliorem de iure per Bar. in l. si constãte. in. ix. q. primę partis prĩ. in. j. co. ff. solu. ma. vbi idem vult qđ ĩ iurib⁹ limitatorĩs fit licita extensio ex idẽtitate rõnis licet. d. Ale. ibi in vj. co. coneẽ ostẽdere ꝙ iste tex. ĩ hoc ver. nos igitur. nõ ꝓbet & malè põderetur per istũ. Et vide multa exẽpla quòd taxatiua nõ excludat casus similes quos ponit aureus doc. d. Ia. in. l. j. in prĩ. in pe. col. ff. de offi. eius cui est manda. iurisdic. vbi inter alia ꝙ non excludit qñ induceret legis vel statuti correctio. de quo per Alex. in. l. i. C. de bon. possess. cõtra tabu. Aeneas de falc.

ANT. FRAN.

¶ An ex identita terõnis extẽdãtur iura limitatoria. Dicas de hoc latè videndũ esse per Roma. post alios ĩ l. si verò in. ꝙ. de viro. in repe. vbi ponit materiam extẽ sionis. ff. solu. mat. & per Salic. Pau. de ca. in. l. si serui vestri. C. de noxa.

SEBA. SAPI.

b ¶ A regula. Vide multa per Fe. in. c. qm̃ frequẽter. in prin. ꝙ. vt lit. nõ cõte. per And. sicu. ĩ. c. curauit. co. pe. ꝙ. de ꝓba. et Ale. tenentem contra Abb. hîc in. l. si cõstãte. in prin. colũ. vj. ff. solu. matri.

ſed impropriatiua & denotat diminutionē quandam. Q̃ꝙ ſecūdū ſubiectā materiā exprimit veritatē vt habet in euāgelio Io.quaſi vnigeniti à patre &c.vide bo. 11 tex.cū gl.in.c.prout.de do.& cōtu.¶ †No.in ver. *quia verò*. optimū ar.quòd cōtra exēplū& immediatè papę ſubiectū pōt pręſcribi ſpatio.xl. annorū quatenus præiudicat ipſi priuilegiato: ſed quatenus præiudicat papę requiritur ſpatiū cētum anno.ſi em̄ potuiſſet abbatiſſa deducere ius papę in iudicium,nō fuiſſet opus vt cōſtitueret procuratrix papę ad deducēdū ius ſuum in iudiciū.& tenebis in hoc mēti iſtū tex.quia multū bñ facit ſaltē in ar.& vide quod no.gl.ī ſimili in.c.ij.de cape.mo.& in.c.ad audiētiā.de pręſcr,&in.c.volumus. xvj.q.iiij.vbi ſunt tres bonęgl.ad materiā.vide tñ oīno 12 quę dixi in.d.c.ad audiētiā.¶ †Itē no.ibi. *poſſeſſiones & iura &c.* ꝙ eccl.romana gaudet præſcriptione cētū an no.nō ſolum in rebus priuatis ipſius romanæ eccle.ſed etiā in oībus iuribus & poſſeſſionibus quæ cōpetunt a rōne libertatis[a] datæ.Et ſentiunt doc.hîc ex iſta gnalitate verborū hoc procedere tā in reb⁹ mobilib⁹ q̃ immobilibus corporalibus & incorporalibus.quod bene notabis.Ex hoc em̄ inferē quòd vſucapio triēnalis in re b bus mobilibus nō habet locum cōtra eccle.roma.[b] Nū quid aūt in eccl.inferioribus habeat locū vſucapio prę 13 dicta?plenè no.in.c.j.de ī ite.re.¶ †Vlterius no.ibi. *te c ſtes recipias &c.* tex.apertū ꝙ pręſcr.cētenaria[c] pōt probari per teſtes.cuius cōtrariū ſentit gl.in.c.cū nobis.ſ. 14 de præſcr.& die vt ibi dixi.¶ †Itē no.ibi. *ſubiectionem iudicis,&c.* modum ſeu practicā libellādi ſeu ſentētian 15 di cū epiſcopus vēdicat aliquā eccl.vt ſubiectā.¶ †Vltimò no.& tene mēti ibi: *corrūpēdo &c.* ꝙ pòſtq̃ quis ſuccubuit in cā debēt oīa priuilegia ſeu inſtrumēta deciſioni cōtraria lacerari& corrumpi,ne in futurū poſſint præſtare materiā diſcordiæ.Ex quo etiā infertur quòd ſi pœnes te ſint aliqua inſtrumēta ibi inutilia & iuri meo quo ad tenorē cōtraria poſſum petere vt corrumpātur & lacerētur.facit pro hoc.c.accedēs.el.j.vt li.nō cōte.& à ſimili ſeu à cōtrario.l.ſicut.C.de lib.cau. &.c.eccleſia.ſ.vt lit.pē.&.l.diſſolutæ.C.de condi.ex le. 16 ¶ †In gl.j.ibi. *ideo non poterant videre &c.* ſed hoc videtur cōtra factū papæ:cū papa hîc diſtulerit innouationē ad cōtradictionē partis aduerſæ.ergo oporteret dicere ꝙ aliquod intereſſe prætēdere pōt pars aduerſa. & dic quòd ſatis ſua intereſt, qm̄ cōſumpto originali nō timet ſibi litem moueri in futurū.ſecus ſi fieret innouatio.Hinc eſt ꝙ propter hoc intereſſe in fine literę mandatur.hoc priuilegiū corrūpi.ergo ſua intereſt ne innouetur:quia melius eſt ante tp̃s occurrere &c.l.fin. C.in qui.cau.in ite.reſt.nō ē ne.& qđ no.ī.c.j.de in īteg. 17 reſt.& de iureiur.c.quēadmodū.¶ †In gl.in verb. *duximus*. in fi.dic quòd cōtraria ꝓcedūt qn̄ nō pñt legi propter vetuſtatē ſeu cōſumptionē aliter ſuperuenientē, ſed vbi legi pñt licet cū difficultate fit innouatio: ꝓut hîc dicitur.¶ In glo.ī verb. *procuratricem*: ibi. *ſimiliter & iudex*. nō ītelligas principiū gl.īdiſtinctè.nā regula eſt ī cōtrariū vt neqꝫ ꝓcuratrix neqꝫ arbitratrix ſeu arbiter neqꝫ iudex pōt eē mulier.iſta em̄ ſunt officia viriliа:vt in.c.infamis.§.tria.iij.q.vij.& no.plenè in.c. ſciſcitatus.ſ.de reſcr.ſed iura q̃ allegat gl.ponūt caſus ſpeciales,ſcilicet qn̄ mulier habet iuriſdictionē,qa ſucceſsit ī aliqua dignitate:vt puta ī comitatu vel regno. Et ītelligе ꝙ mulier nō pōt eſſe regulariter ꝓcuratrix ad iudicia.Nā ad negotia bñ pōt cōſtitui.vt no.ī.l.ait p̃tor.ff. de neg.geſt.Et caſus in quibus poteſt mulier eſſe procuratrix,vide per Specu.in tit.de procur.§.j.in prin.Et vltima ſol.glo.hîc poſita quantum ad text. noſtrum 18 videtur verior.¶ † De abbate verò & alijs religioſis nūqd poſsint eſſe ꝓcuratores:vide bonā gl.ī.c.de p̃ſentiū .xvj. q.j.per Inn.in.c.cū.i. &.a.ſ.de re iudi.& text. in.c.ij.ſ.de poſtu.& in cle.religioſus.de procura.Et no. in fi.gl.tres modos procedēdi cū papa vult mouere qō nē cōtra ſubditū.& primi duo modi ſunt honeſtiores. 19 ¶ †Et in quātū gl.dicit papā poſſe iudicare in cā eccle. ſentit ꝙ in cā patrimoniali non poſsit eſſe iudex: qđ tñ nō eſt verū.Nā et imperator iudicat in cauſa ſua.ff.de his quæ in teſt.delē.l.proximè.& in.l.& hoc tiberius.de hære.inſtit.vide in hoc quòd ſatis plenè dixi in.c.cū ve 20 niſſent.ſ.de iud.¶ †Extra gl.primò op.cōtra tex.videt em̄ quòd literis iſtius legati nō erat fides adhibēda, cū ſibi cā fuiſſet cōmiſſa.Sol.doc.fatēt cōtrariū & dicūt ꝙ literę ipſi⁹ adminiculabāt:nō aūtplenè ,pbabāt.Ex quo no.quòd literę legati in cā ſibi cōmiſſa faciūt admini culū:plenè tñ nō probant in alterius p̃iudicū . vide bo. 21 gl.in.c.ſicut.de ſentē.exc.¶ †Secūdò op.videt enim qđ proceſſus iſte nō valuerit cū nō præceſſerit litis cōteſt. vt in.c.vnico.de lit.cōteſt.Solutio multiplex.qdā intel ligūt hîc litē nō fuiſſe cōteſtatā.Alij quòd ſpeciale ē cū agitur de libertate eccleſię.Alij(vt no.Inn.)dicūt quòd cū agitur de innouatione priuilegij ſeu alterius ſcriptu ræ nō eſt neceſſaria lit.cōte.quod verbū no.Hoſtien.tñ requirit cōteſtationē lit.& dicit qđ ob hāc cauſam fuit hîc appellatū à prioribus iudicibus & petebat vt viris diſcretis cauſa committeretur.d.Anton.ſimpliciter videt tenere ꝙ cū hęc cauſa ſit ſummaria & modici p̃iudicij nō eſt neceſſaria li.cōteſt.& ſic videt ſequi opi.In. quæ mihi ſatis placet.arg.in aut.niſi breuiores.C.de ſen 22 tē.ex peri.reci.& eorū q̃ no.in.c.j.de libel.obl. ¶ †Dic etiam quòd ſi cōtra petētē innouationē opponit exceptio nō requirēs altiorē indaginē prius diſcutietur exceptio quā fiat innouatio:vt ſatis colligitur ex principio capituli.Sed ſi exceptio requireret longum tractū, tunc nō impeditur innouatio:vt notāter ēt colligit hîc in verſi: *nos igitur*. Nā hîc patet quòd ſi exceptio à primordio facilis propter appellationes vel aliam cauſam efficitur difficilis & longeua:ea non obſtante proceditur ad innouationem.paria ergo ſunt quòd à principio exceptio exigat longū tractum,vel ꝙ ex poſtfacto efficiatur difficilis propter diſputationem ſeu appellatio- 23 nem.¶ †Sed contra id quod eſt.ſ.dictum litem conteſta.non requiri cùm agitur ſuper reuocatione ſeu tranſumptione inſtrumenti.facit iſte tex.in verſi. *nos igitur*, vbi videtur innui quòd tunc non requiritur conteſtatio quando imminet periculum ſuper conſumptione ſicut obſeruatur in receptione teſtium . Sed hoc non obſtante teneo primum . ſ. quòd hęc cā ſit ſummaria. 24 ¶ †Per regulam quam poſt Dy.ponit Bar.in extraua gan .ad reprimen.in ver.ſummariè.& ſequitur Ioā. de lig.licet non alleg.Bar.in cle.ſæpe.de ver.ſigni. vbicūq̃ enim verſatur cauſa ſuper qua ſententia lata non infert magnum præiudicium,ſeu totaliter non decidit quin poſsit in alio iudicio grauamen repararī:illa dicit ſummaria.ad hoc.l.iij.§.ibidē.& quod ibi no.ff.ad exhiben. & vide latius in locis præalleg.Ad hunc text . reſpōdeo quòd procedit ſimilitudo hoc modo.ſicut enim teſtes qui non poſſunt aliter recipi lite non conteſt.recipiuntur inſtante neceſsitate.ita renouatio priuilegij quę nō debet fieri niſi diſcutiatur prius exceptio illius cuius ītereſt: vt innuitur hîc in verſic. *nos autem*. cum ſe.pōt fieri iimminente periculo cū exceptionis diſcuſsio exi- : git longū tractum:vt hîc.& in.d.ver. *nos igitur*. ¶ †Sed quæro an innouatio priuilegij parte abſente & non cōtumaçe facta valeat?Inno.videtur velle ꝙ ſic: dūmodo nuncietur parti intra annum,vel conueniatur.arg.in.c. quoniam.ſ.vt lit.non conte.Si autem pars eſt pręſens debet citari.quia facilius ipſa indagabit et percipiet falſitatem cuius intereſt quàm iudex vel notarius . dicit tamen Hoſt.quòd ſi petitur innouatio in curia non eſt neceſſe ipſam partem abſentem citare,cùm habeat trā-

ſire per

SEBA.SAPI.

a ¶ Libertatis.multa circa hæc accumulat Feli.in.c.ad audientiam.co. antep.circa finē ver. vltiò facias regulā ſ.de pręſc. & Ale. in cōſ.clxix.inc.viſo themate.ī.j.col. in.ij.volu.

b ¶ No.ad declarationem auē ,quas actiones.in fin.C. de ſacroſan.eccl.

c ¶ Et text.in.l.ſed & ſi quis.§.parui. ff.de inſtit. act.& text.in.l.denicq̃.§. ſi cui mandauero. ver.ſi mater.ff.mā da.& in.l.iñ.§.j. ff. de neg.geſt.& idē dicit Io.and.in ad additio.Spe.ī ti.de proc.§.j.circa prī. Et adde quòd etiā ad actum qui fit in iudicio dūmodo ſit actus volūtarię iuriſdictionis mulier pōt cōſtitui ꝓ curatrix. text.eſt ſing.in.l.j.§.fin.C. de manumiſ.

ire per manus pluriũ qui ſunt in hoc bñ edoc̃ti. arg. ī. l. omnium. C. de teſta. dicit tñ quòd ſi pars eſt pręſens deberet citari vel ſi de proximo ſperetur aduẽtus. [a] Ego de hoc remitto [b] ad plenius no. in. c. ſignificauit. & in. c. albericus. de teſti. vnde crederẽ quòd niſi ſit periculũ in expectãdo partẽ citandã non debet procedi ad innouationem ſine citatione. Et innouatio aliter facta nõ valet, niſi ille faceret qui de nouo poſſet cõcedere. probatur in. c. ſignificauit. iunc̃to. c. quoniam. poſt prin. vt lit. nõ conteſt. Nã ſi in repetitione teſtium eſt hoc obſeruandũ: fortius in innouatione priuilegij. cũ ſit maius periculum. nã ſi originale erat vitioſum nulla defenſio cõpetit amplius parti aduerſę: cũ vitium non poterit perpendi in tranſumpto: puta quia falſitas erat in bulla vel filo. vel quia charta prius fuerat raſa & poſtea reſcripta: iuxta ea quæ habentur in. c. licet. de cri. falſi. dixi plenè in. d. c. albericus.

a ✣ SEBA. SAPI. ¶ Aduẽtus. Vide Alex. in aut. ſi quis in aliquo. C. de edẽ. Abb. in. c. ex parte. j. in. iñ. no. j. de priui. & Feli. in. d. c. albericus. in princ. s̃. deteſti.

b ¶ Et vide. d. Ant. in. c. j. s̃. ti. prox. in ver. q̃ro qualiter. & de hoc oĩo p Arch. in. c. cõtra morẽ. in. j. co. c. diſt. vbi dicit quòd ſi fiat innouatio priuilegij̃ per illũ qui nõ cõceſsit requirit̃ citatio per ſolẽne & gñale edictũ, ſed ſi fieret per illũ q cõceſsit non requirit̃ citatio, niſi dicatur ſuſpectũ vel de ipo referat̃ qõ. & alle. Hoſt. & Inn. in. d. c. alberic⁹. de teſti. & quòd valeat innouatio priuilegij̃ facta etiã nõ vocatis partibus tenet d. Ant. in. c. venerabilis. in prin. in vlt. co. j. e. ſecus dices eſſe in confirmatiõe. & vide de hac. q. in terminis per. d. Abba. in. c. ex parte el. primo circa prin. j. de priuileg.

ANT. FRAN. ¶ Circa innouationem priuilegij̃ an debeat pars citari & ęqualiter fieri debeat. vide quæ habẽtur ī. c. ī ter dilectos. de fi. inſtru. & Spec. in in tit. de offic. iud. in. §. v. in verſi. ſed q̃rit̃ & in ver. illud aũt in fin. Et adde quòd pẽdente appellatione vel etiã relatione non debet fieri ĩnouatio. vt per Specu. in ti tu. de regu. in. §. v. in princi. & in. §. appellatione pendẽte. in verſi. xxij̃.

ZACHARIAS. ¶ Præter ſolitũ curſum & ſtylum. Adde iſtum s̃. in procœ. greg. nu. i. & ibi poſui ĩ apo. poſt alios remiſsiuè in apo. in verſi. de ſtylo. eundẽ in c. cũ dilecta. num. 2. in apoſt. mea. in verſi. ſtylus curię. s̃. de reſcrip.

✣ SEBA. SAPI. ¶ Et ſtylũ. Vide Rom. in conſ. cccl xxvij̃. incip. quę ſtio eſt. & Feli. in c. ij̃. colũ. vj. verſi. ſtylus curiæ. s̃. de reſcript.

✣ SEBA. SAPI. ¶ Quòd papa. Vide Cardi. in cle. j. co. j. ver. pręmiſſa. de ſupplen. negli. pręlato. Gemi. in

eccle. cathedra. nõ poſſunt tenere adminiſtrationes perpetuò. nõ tñ ex hoc intelligas quòd regularis poſsit eſſe canonic⁹ in eccl. ſeculari: quia eſſet cõtra. c. ſuper eo. de regula. & vide bo. gl. ī. c. quorũdã. xxiiij. diſt. ſed ītellige quòd eſt ;bi canonic⁹ qñ eccl. cathedra. eſt regularis mõ prędicto. ¶ In gl. ibi: *ſcilicet tacita veritate &c.* aduerte licet dictũ principij huius gl. ſit in ſe verũ nõ tñ eſt bona expoſitio ad illud verbũ perſonaliter poſitũ in tex. Nã ſenſus illius verbi eſt quôd perſonaliter nõ conſueuit ſedes apo. regularibus aliquid confirmare, ita vt ipſæ pſonæ ſingulares habeãt nomine proprio, ſed realiter bñ conſueuit confirmare dãdo ſcilicet priuilegiũ ipſi rei. ſ. monaſterio vel collegio. ¶ † Ratio diuerſitatis eſt: quia collegiũ eſt capax in cõmuni: ſed particulares perſonæ nõ: quia à ſe abdicauerũt omnia & poſuerunt priorẽ ſupra caput ipſorum loco dei: vt in. c. ſi religioſus. de elect. lib. vj. xij. qõ. j. c. non dicatis. ¶ † Et vt habeas clarè materiã huius c. & ſequentis eſt primòvidẽdum quæ fuit rõ decidendi in iſto tex? Sol. põt colligi ex prędictis. & adhuc clarius dic. Aut enim iſti adminiſtratores erant tẽporales: vt quia poterant remoueri ad nutũ ſuperioris. vt ī. c. cũ ad monaſterium. verſi. nec alicuij̃. de ſta. regu. Aut erant perpetui iuxta id quod habetur in. c. ij. eo. ti. & vtroq; caſu diſſoluebatur bonũ obedientię occaſione huius cõfirmationis. Nam cũ aliâs poterant remoueri ad nutum abbatis vel ſaltem ex facili cauſa quando erant perpetui vigore confirmationis non poſſent remoueri ad nutum ſuperioris. & ſic quodãmodo per hanc confirmationem erigebãt ſe contra bonũ obediẽtiæ: & hoc ius tenẽdi appropriabãt ſibi perſonaliter. Et ex his & ex notatis in c. ſeq. no. quòd ſi ex certa ſcientia papę confirmetur religioſo aliqua adminiſtratio quę de ſe erat tẽporalis: quia poterat remoueri ad nutũ abbatis, nõ poterit deinceps remoueri ſine licentia papæ. vnde vbi primò erat obediẽtiarius abbatis: nũc vigore confirmationis efficitur obediẽtiarius papæ. vide Inn. in. c. niſi j̃. de pręben. & Do. in. c. cũ inter. R. s̃. de elect. & in cle. quia regulares. de ſup. negli. pręla. nõ tamẽ intelligas quòd per hanc cõfirmationẽ eximatur regularis à iuriſdictiõe ſui ſuperioris. ſed in omnibus ius competẽs ſuperiori remanet illeſum prętereq̃ vt nõ poſsit cognoſcere vel tollere ius confirmatum. vt in. c. j. & ij. s̃. e. niſi ex nouo delicto. vt habet gl. no. in. d. c. j. vide Fede. de ſen. conſi. cclv. vnde põt iſte in manibus ſuperioris renũciare, permutare, & alia facere quæ ad ſuperiorem pertinẽt. hæc procedũt in confirmatione facta ex certa ſciẽtia. ¶ † Sed dubitatur quid dicendũ in collatiõe, & eſt quęſtio ſatis quotidiana. Pone q̃ papa contulit regulari aliquem prioratum qui de ſe non erat perpetuus, ſed abbas ponebat ibi priorem & remouebat ad nutũ. iuxta ea quæ habẽtur in prędall. c. cùm ad monaſterium. nũquid abbas poteſt iſtum remouere ad nutum ſicut potuiſſet ſi ipſemet contuliſſet? Aduer-

Religioſi non poſsunt adminiſtrare temporalia etiam ex confirmatione papæ: quia cenſetur aut ſubreptitia, aut nulla: vide j. nu. 6. vbi ſi confirmãtur certa ſententia papæ: non poterunt remoueri: in alijs verò remanent ſub obedientia ſuperioris, vide in. c. proxi. nume. 4.

Regulares quicquid acquirunt eſt monaſterij, & nil ſibi appropriant. 5.

Literæ emanatæ de curia præter ſolitum ſtylum curiæ præſumũtur ſubreptitiæ aut nullæ.

Regularis licet poſsit eſse canonicus eccleſiæ cathedralis. tamen canonicus eccleſiæ ſecularis eſse non poteſt.

Papa ſi contulit alicui regulari prioratum in loco vbi abbas ponebat & remouebat ad nutum: an poterit ipſe abbas & iſtum qui habet collationem à papa remouere?

Papa concurrit in collatione beneficiorum cum omnibus ordinarijs. Abbas non poteſt conſtituere monachum in priorem alicuius loci.

Abbas non obligatur monacho etiam cum iuramento.

Abbas poteſt remouere priorem etiam quòd priores in illo loco fuerunt per præteritum perpetui.

Conſuetudo non inducitur ex actibus meræ facultatis.

Regularis remotus ab aliqua dignitate ſine cauſa an habeat aliquod remedium? vide remiſsiuè.

¶ CAP. V.

AD noſtram audientiam. ¶ † Non valet confirmatio quam religioſus impetrauit à papa ſuper tẽporali adminiſtratione ſeu prioratu ſi tacuit regulã. ſi verò expreſsit reſcriptum, pręſumitur falſum: quia papa nõ cõſueuit concedere. hoc dicit. cũ ſeq. Cõis diuiſio. ſecunda ibi: *quia igitur.* ¶ Caſus literalis. Quidam canonici regulares neumaſenſis eccleſiæ impetrabant literas cõfirmationis ſuper adminiſtrationibus ſuis tacito quòd eſſent regulares: ſignificatum fuit hoc domino papę ex parte propoſiti illorũ regularium. Dicit papa quòd regularibus perſonis apoſtolica ſedes aliqua non conſueuit confirmare: vnde mandat quibuſdam quatenus confirmationes à prędictis regularibus taliter impetratas denũtiẽt irritas & inanes. Ber. ¶ No. primò quòd regulares exiſtentes in eccleſijs cathedralibus dicuntur canonici. nam iſta eccleſia neumaſenſis eſt cathedralis & regularis. vt refert Io. an. & ſatis colligitur ex textu. poteſt tamen intelligi quòd erant regulares canonici vt ſunt iſti de ordine ſancti Auguſtini. Nam quidam reperiuntur mendicãtes & non ſunt canonici. Quidam verò non ſunt mendicantes: & iſti dicũtur canonici. Põt intelligi in monachis eccleſiæ cathedralis. Nã poſſunt appellari canonici. vt habes tex. iunc̃ta glo. in. c. ij. lviij. diſt. & vide circa hoc quod plenè dixi. in. c. cauſam. s̃. de iudi. ¶ † Secũdò nõ. quòd regularibus non eſt aliquid perſonaliter confirmandũ: quia non poſſunt ſibi aliquid appropriare, ſed totum eſt monaſterij quocunq; ſe vertant: & qualitercũq; acquirant. xviij. q. j. cap. vno. ea. cauſa & qõ. ij. c. abbates. ¶ † Tertiò not. ibi: *non conſueuit &c.* quòd literę emanãtes de curia pręter ſolitum curſum & ſtylum curiæ præſumuntur ſubreptitiæ & quandoq; falſæ: quando ſcilicet nihil ſupprimitur, ſed fit conceſsio deuians ab omni honeſtate & ſtylo curiæ: vt in. c. ſeq. & ibi dicetur. ¶ † Vltimò not. quòd non ſolum regulares alicuius monaſterij: ſed etiã ſi ſint canonici

c. presenti. col .ij. de offi.ordin.li.vj. Lapum allega.ix. inci.disputat.co .j. & in allega. xvij. i cipi.disputat Bal. in.c.illud.in fin .s. de ma.& ob.

a ¶ Et ibi latissmè videtur per doct. in.ij.co.& per do. de Ro.dec.ij.in a- tiquis.

b ¶ Et adde Do.i.c. presenti.de offi.or di.in.vj.in.ij.colu. ZACHARIAS.

c ¶ Ex sola præsum ptioe.quod est ver- u,nisi accusat⁹ de falso haberet et p- sumptionem pro se. quia tuc no pu niretur.vt no. Bal. plenè in.l.fi.v.q.C de edi di. Adr. tol. SEBA.SAPI.

c ¶ Præsumptioe. Vide Io.de ana. i rub.de cri.fal.col. fin.& Alexan.i cō si.lxxvij.incip .in causa accusationis. col.pen.in.j. volu,

te ad duos casus. Nam quandoq; papa contu lit ex negligentia abbatis & tunc non alterat- tur natura beneficij. vnde sicut primò pote- rat remoueri ad nutum ita & nunc interue- niente collatione papæ: quia ex quo contulit iure deuoluto non videtur voluisse alterare naturam beneficij. de quo vide tex. cum glo. no. in.d.cle. quia regulares. vbi hoc tenent cō muniter doct. Secundus casus dubius est. quā do papa contulit cessante omni negligentia superioris. & in hoc sunt opin. Archi. vj.q.j. c.si monachus. sentit quòd non. & idem in.c. presenti.[a] de offic.ord.li.vj. Sed aliud sentit Collectarius in.c.per tuas. de ma.& ob. facit quod no.i.d.cle. quia regulares. In hoc distin- guer[illegible] quòd aut illud papa contulit expressè vt quoad vixerit debeat possidere: & tunc sine causa non potest remoueri per suum su- periorem. de hoc videtur tex. in.d.c.cū inter R.& sic intellige no. ibi per doc. Aut simpli- citer cōtulit,& puto quòd possit remoueri 8 sicut prius per superiorem. ¶ † Quia cū pa- pa concurrat in collatione beneficiorū cum omnibus ordinarijs: vt in.c.ij. de preben. lib. vj. nō videtur simpliciter conferendo voluis se alterare naturam beneficij & regularem re mouibilem facere perpetuū. ar. hic & in.c.se. & in dubio hoc debemus tenere tanq̄ con- gruens bono obedientiæ. ¶ † Sed quia visum 9 est. s. de viribus collationis factę per papam nunc quęritur quid si proprius superior pu- ta abbas contulit regulari prioratum seu aliā administrationem quousq; vixerit possiden- dam: nunquid hoc non obstante possit hunc regularem ad libitū remouere? & sępe hęc vi debis in facto. Conclude quòd sic. nam si ge- rebat in animo quòd eum remouere nō pos- sit: illicita fuit concessio & contra ius vt in.d. c.cū ad monasterium. in.§. nec alicui i. de statu reg. Item quēadmodum dominus non potest obligari seruo: vt in.l. interpositas. C. de tran. 10 ¶ † Ita nec abbas suo monacho. Ad idem ca. manifestum. xxxiiij.q.v. vbi dicitur quòd li- cet vxor miserit votum cum consensu mari ti: non tamen potest eo inuito illud perso- naliter persoluere. & vide ad prędicta. q. quam ponit Io.and. in reg. nō est obligatoriū. de re. iur. lib. vj. in mercu. Ex cuius dictis posset in- ferri ex identitate rationis ad quæstionē no- strā quòd etiā si abbas iurasset nihilominus valebit remotio. Et hanc conclusionem repe ri postmodū tenuisse Fede. de sen. cō. cxxxiiij. aliâs. xxxiij. Inn. in.c. insinuāte. qui cle. vel vo. 11 ¶ † Sed quæro quid si nō est memoria in cō trarium quòd nunq̄ fuerit talis prior per su- periorem remotus, nunquid ex hoc sit indu- cta consuetudo vt remoueri nō possit ad nu tum abbatis? puto q; non: quia aut superior nunq̄ remouit,& non posset dici inducta cō suetudo: quia ex actibus meræ facultatis non inducitur consuetudo seu ex non vsu nō ha- bente in se actum tacitum iuris dispositioni contrariū: vt no. in.c. Ioannes. de cleri. coniū- ga.& per Cy. in.l.ij.C. quæ sit longa cōsuetu. Aut superior voluit illū remouere seu præ- decessorē suū,& propter potētiā illius nō ha buit effectum,& non pōt dici inducta cōsue tudo cū sit cōtra bonū obedientiæ. arg. ca. cū nō liceat. de præscri. & in.c.cū intervos. de cō

suetu. Et hoc valet etiam pro istis pręceptoribus sancti Anton ij qui regulares sunt: & per eorum abbatem præficiuntur eorū prę ceptorijs: possunt enim de iure communi remoueri ad nutū ab- 12 batis. ¶ † Nunquid autem possit iste regularis omni causa cessan te remotus implorare officiū superioris abbatis vt sine causa nō remoueatur? vide quod no. Ioan. and. in.c.cū singula. de præben. lib.vj. in nouella. Inno. & alij post eum in.c. insinuante j. qui. cler. vel vo.

SVMMARIVM.

1 *Monachus vel alter religiosus non pōt per superiorē poni in aliqua admi nistratione quoad vixerit. imò papa nō solet concedere: nisi hoc faciat ex certa scientia. 4. videj. c. proxi. nume. 5.*

2 *Literæ præter solitum stylum curiæ impetratæ præsumuntur falsæ nisi fue rit positum ex certa scientia. & portantes huiusmodi literas præsu- muntur falsarij. 4.*

3 *Crimen falsi solet puniri ex sola præsumptione.*

4 *Limitatio ad istud. c.*

5 *Ex certa scientia principis aliquid esse factum quomodo probetur. & cui incumbat onus probandi?*

¶ CAP. VI.

PCorrecta. Summa vt. s. c. proxi. communis diuisio. Secūda ibi: *cū igitur.* ¶ Ca sus literalis. Quidam regulares qui prioratib⁹ prę- sunt impetrabant literas confirmatiōis super prio ratibus suis quo ad vixerint possidendis: peruenit hoc ad papam. dicit papa quòd nō credit huiusmodi literas à sua cancellaria emanasse: vnde mādat illos qui huiusmodi literas ostē derunt in quibus administrationes prioratuū confirmantur pu- niri tanquam falsarios. Si verò non fiat mentio de religione ipso- rum illas denuntient non valere tanquam veritate tacita impetra 1 tas. Bernar. ¶ † Not. primò ibi: *quo ad vixerint &c.* quòd papa non solet nec intendit confirmare religiosis prioratus seu alias ad ministrationes quo ad vixerint possidendas ne dissoluatur bonū obedientiæ si non possent remoueri ad nutum superioris. Ex hoc infero quòd nec etiam abbas hoc debet facere: & si fecerit non b valet confessio quominus possit remoueri: vt latius[b] dixi. s. c. pro 2 ximo. ¶ † Nota secundò quòd vbi literæ etiam gratiosæ emanāt à curia præter solitum cursum literarum nisi euidenter pateant quòd ex certa scientia papæ emanauerunt: præsumuntur falsò fa- bricatæ: nec est eis obtemperandum. sed saltem expectanda est se cunda iussio papę & vbi multum deuiarēt ab honestate possunt puniri delatores tanquam auctores falsitatis. vt hic est tex. not.& vide gl. not. iuncto tex. in.c. causam. j. s. de testi. puto tamen quòd hodie multum purgatur hęc pręsumptio falsitatis ex bullę papa- lis appositione. facit quod no. Inn. in.c. ex parte. de fi. instr. ¶ † Vl. 3 no. hic casum in quo punitur quis de crimine falsi. ex sola prę si m c ptione.[c] ¶ Not. hic pro his quę no. Inn. in.c. quia verisimile. s. de pręsump. & ad ea quę dixi in.c. iij. loco. s. de proba. ¶ In gl. in ver. *confirmatur.* ibi. *aliquando perpetui sunt.* gl. ista videtur dicere cō trarium ibi: *quia regulariter verum est &c.* sed reducenda est ad concordiam per ea quę habētur in.c. ij. de sta. regu. iuncto. c. cùm 4 ad monasteriū. §. nec alicui. eo. ti. ¶ † Et in fi. gloss. no. glo. Nam li mitat multum istū tex. & bn vt præsumātur isti delatores litera- rū falsò eas fabricasse qn nō apparet clarè de certa scientia papę. Si aūt cōstaret de certa scientia, tūc valet cōfirmatio & operat effectū vt nō possit remoueri per suū abbatē sine spāli mādato apostoli- co. Intellige tn glo. nisi ex superueniēte delicto. vt est glo. notabi- lis in.c.j. s. e. per hanc em confirmationē nō eripitur iste à potesta te sui superioris: sed in omnibus remanet sibi subiectus vt prius, nisi in hoc vt nō possit remoueri ad libitum, & vt nullus citra pa pam possit cognoscere de iure confirmato seu de iuribus ipsius confirmationis vt in.c.j. prēall. dic vt ibi dixi. tetigi plenè. s. c. pro xi. & restringe dicta doct. hic dicentium quòd per hanc confirma tionē ex certa scientia facta iste erit obediētiarius papæ qui prius erat obediētiari⁹ abbatis. nō em intelligas quòd nō teneat in alijs obedire suo abbati. facit. c. per tuas. & qd ibi no. de maio. & obe.

Qualiter

5 ¶ †Qualiter aũt cõstabit de certa scientia.dicit Io.an.hîc:ꝙ si facit in literis mẽtionem de hac decretali,satis videt ex certa scientia confirmasse.ar.ĩ.c.vno.de excess.p̃la.li.vj. & in.c. nõnulli.& qd ibi no.s̃.de rescri. vel si emanat
a secũda iussio.[a]ar.in aut.de mã.prin.§.deinde. In dubio tñ onus probandi certã sciẽtiã incũbit impetrãti, cũ præsumptio sit cõtra eum: secũdũ Inn.facit.c.vt nostrũ.vt eccle. benefi. sine dimi.confe.&.l.siue.C.de proba.& vide ad hanc materiam quod satis plenè dixi in.c. præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Laudum latum contra formam iuris vel compromissi etiam confirmatum per papam in forma communi est nullum.*
2 *Sententia arbitri contra ius est nulla.*
3 *Cõfirmatio papæ facta in forma cõi nil operat.n.6.*
4 *Actus nullus vel sententia eo casu quo potest per partes confirmari: valebit tantum vt pactum.*
5 *Confirmatio papæ quando præsumatur facta ex certa scientia.*
6 *Confirmare non præsumitur papa ea quæ sunt contra ius alio non expresso.*

¶ *CAP. VII.*

EXaminata. ¶ †Sentẽtia seu laudum cõtra formã iuris vel cõpromissi latum per arbitros licet per papã in forma cõmuni fuerit confirmatum:non tenet. primò ponit causam decreti. secundo decernit ibi: *vnde.* ¶ Casus literalis. Inter nobilẽ Mattheum & quosdã alios milites de campania vertebatur quæstio super iurepatronatus ecclesiæ sancti angeli:de qua sub certa forma cõpromissum fuit in vicedo.sabin. qui tulit arbitriũ super q.p̃dicta.ꝙ ab vtraq; parte fuit approbatum & cõfirmatio obtenta fuit in forma cõi à.C. pa.tandẽ orta quẽstiõe sup̃ ipso arbitrio delata est causa ad do.pa.Inn. ipse diligenter examinato negotio inuenit arbitriũ promulgatum fuisse cõtra formã iuris & cõpromissi. vnde ipse arbitriũ illud decernit irritũ & inane nõ obst.cõfirmatione.C.papę.qui confirmauerat illud sicut prouidè latum erat & ab vtraq;parte receptũ.Benar. ¶ †No.arbitriũ arctari ad sequẽdã formã iuris. b vñ sicut nõ valet snĩa [c]cõtra ius, ita nec laudũ arbitri: nã arbitraria sunt redacta ad instar iudiciorũ.l. j.ff.de arbi. ¶ †Not.secũdò ꝙ vbi ĩ cõfirmatione papę nõ inferitur tenor cõfirmatæ rei: sed apponit illa clausula: sicut prouidè factũ est &c.hęc confirmatio dicit facta in forma cõi:vñ non validat actum in se nullũ : ꝙa illa clausula stat conditionaliter. ¶ †Itẽ not.ibi. *ab vtraque parte receptum &c.* ꝙ partes non possunt emologare seu approbare arbitriũ nullũ.& sic consensus partiũ nõ põt purgare vitium nullitatis.ex hoc posset argui,ꝙ licet snĩa nulla recipiat & cõprobetur per partes per hoc tñ nullitatis vitiũ nõ purgat etiã intercedente cõfirmatione papę in forma cõi. ita videt ꝓbare tex.iste.Sed ego intelligo qñ tollere vitiũnullitatis nõ depẽdet à cõsensu partiũ sicut hîc potuit esse in iurepatronat9. Sed vbi vitiũ nullitatis cõcernit merũ fauorẽ partiũ dico ꝙ partes sciẽter approbando tenent ad obseruationẽ saltẽ ex vi pacti : sed nõ ex vi snĩę seu laudi.tex. est no.iuncta gl.& dictis doc.ĩ.l.ij.C.cõia vtriusq; iudi. sic intelligo glo.& doc.in.c.significasti.de fo.cõpe.& hæc no. 5 ¶ †Opp.cõtra literã.nã videt ꝙ inter laicos nõ poterat esse contentio super ecclesia cũ non possint illã licitè possidere : vt in.c.causam.s̃.de p̃scrip.& in.c.ecclesia.de cõstitu.& in.c.massana.de ele.So.dic ꝙ hîc erat cõtẽtio super ecclesia.i. sup̃ iurepatro. ipsius ecclesiæ.loquit enim de facto .c. examinata. d s̃.de iudi. ¶ No.ex hoc & ex tex.laicos [d]posse compromittere quęstionẽ iurispatronat9. hîc enim fuit cõpromissum in vicedominũ sabinen̄.Et dicit vicedominus sabinen̄. vicarius ep̃i Sabinen̄.nã ep̃s sabinẽsis est cardinalis sicut & Hosti.& multi alij qui cũ habent assistere papę tenẽt in eorũ ep̃atibus vicariũ in spũalibus & tẽporalib9:& vulgariter dicit vicedomin9. ¶ In gl.fi.ibi: *arg.contra* ĩ.c.proxi. in glo.nõ soluit cõtrariũ.Sol.colligit ĩ.c.pxi. in glo.pe.ꝙ illud.c.intelligit qñ confirmatio fuit facta ex certa sciẽtia. tũc enim dico ꝙ dictio sicut: non stat conditionaliter sed causaliter .s. pro quia. reddit enim rationem confirmationis:vt puta si enarrato tenore cõfirmationis subiungit:cõfirmamus prædictã cõpositionẽ sicut ꝓuidè facta fuit: debet exponi sicut pro qa.nã ex quo princeps est plenè informat9 de facto nõ debet intelligi ꝙ velit cõditionaliter loqui:cũ habeat oĩa iura in scrinio pectoris sui: vt in.c.j. de consti. li.vj. sed qñ simpl̃r confirmat aliter nõ instructus de iure confirmato verba illa debẽt propriè intelligi.s.cõditiõaliter:qa papa p̃sumit ignorare ea q̃ in facto cõsistũt:vt ĩ .d.c.j. de cõsti. Iungendo ergo not. in .c. seq. per Abbatem & Io.an.cõclude ꝙ aut papa cõfirmat simpliciter nulla clausula appositа nec tenore iuris cõfirmati expresso:& videt cõfirmare ex certa sciẽtia. Nã verbũ cõfirmo alio nõ expresso ex sui natura importat vt rẽ faciat firmã. ad hoc.c.cũ inter dilectos.de fi.instru.Hoc limitarẽ verũ qñ cõfirmatio nõ est contra ius.
6 ¶ †Nã in dubio nõ debet referri vt cõcedat cõtra ius alio nõ expresso.arg.eorũ q̃ not. in c.nõnulli.de rescri.& ĩ.c.vnico.de excess. p̃la. li.vj.Si verò fit cõfirmatio appositа illa clausula cõsueta sicut sine prauitate &c.aliter nõ expresso tenore confirmati, illa confirmatio dicit in forma cõi:qa illa verba stant conditionaliter secũdũ ꝓpriũ significatũ.&de hoc est casus hîc.Si verò exprimit tenor rei confirmatæ vel papa diceret ꝙ ex certa scientia cõfirmat:tũc dicit facta cõfirmatio ex certa scientia:& verba illius clausulæ non stãt conditionaliter,per rationẽ prædictã. & de hoc est casus hîc. & ratio diuersitatis colligitur ex prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio ex certa scientia quid operetur.*
2 *Princeps præsumitur confirmare ex certa sciẽtia: quando inserit tenorem rei confirmatæ.*
3 *Confirmatio principis quãdo requiritur ex voluntate partis in aliquo actu : intelligitur de confirmatione ex certa scientia:non autem de illa facta in forma communi.*
4 *Sicut: ista dictio aliquando stat causaliter & aliquando conditionaliter.*
5 *Papa solus põt componere super decimis minuẽdis.*

¶ Geminatio rescripti habet vim clausulæ ex certa sciẽtia & facit cõstare ex certa sciẽtia.Et adde domi. Ant. hic.in.j. col. 1 & in.c. quæ in ecclesiarũ.in pe. co. de cõsti.& de hac clausula ex certa sciẽtia.vide plenè per Bal.in.l. impetrata.C. sen. rescĩ. nõ pos.&.d.Abb. in cle.ñ. de rescri.

ANT.FRAN.

¶An geminatio rescripti habeat vim clausulæ ex certa scientia. Dicas ꝙ nõ solũ habet vim clausulæ ex certa scientia sed habet etiã vim clausulæ mot9 ꝓprĩ.&tollit omnẽ subreptionem: vt no.voluit Bald.in l.nec damnosa .C. de p̃ci.impe.offer. 2 nec mirũ : qa etiã b geminatio verborum enunciatiorũ quæ aliâs simpliciter ꝓlata nõ 3 disponũt : vt in.l. ex his verbis .C. de test.mili. inducũt dispositionẽ. l.exhac scriptura. & ibi p Alexã.ff. 4 de dona. fic etiam geminata ĩterpellatio impedit purgationẽ morę : vt in.l.optimã.C. de contrahẽ.& commit.stip.& not.in c.potuit. de locat. Sic etiã geminatũ pactum nudum qd̃ aliâs simpliter factũ non producit actionem de iure ciuili.l.iurigentium.§. sed cũ nul la.ff.de pac.& ĩ .l. legẽ.C.eo. tit.tñ si sit geminatũ producit actionem.l. j.in.§.pe.ff. de cõstit.pe.& in .§. de cõstituta. instĩ. de act. & habet per Bald. & Ange.in l.fi.C.ad.l. Falc.& no.do.Ant.de bu. in .c. cũ cõtingat. de iureiur. & not. doc.in.c.per tuas. de arbi.

ZACHARI.

b ¶Formam iuris. Ego limitarẽ nisi in arbitro cui est credita potestas vt possit arbitrari secundũ conscientiam.&per Bal.in l.certũ.C. vñ cog. &Lanfrã.de oria. in suo tract. de arbit. parte. vĩj.qõ. xiiĩj.col.iĩj.& Ro. in rubri.ff.eo. tit. in.iĩj.col.

SEBA.SAPI.

c ¶Snĩa. Quid si arbiter ferat sententiam contra ius litigatoris,an sit nulla.tangit Fel. in.c. causam. colũ.iiĩj. versi.obstat fortiter.s̃.de re iudi.

SEBA.SAPI.

d ¶Laicos. An debeat fieri compromissum ĩ clericos: an verò possit fieri etiam in laicos, tangit Gemi. in.c. j.§. in cæteris.col. j. de cleri. coniug. in.vj.&Moder.latè. in .c. quanto.§. de iudi.

Panormi. ſuper tertia ſecundi.

¶ CAP. VIII.

VEnerabilis. ¶ † In cõfirmatiõe ex certa ſciẽtia dictio ſicut ponit cauſatiuè nec nocet ſi verbum confirmationis pręcedit tenorem cõfirmati.h.d. Communis diuiſio, ſecunda ibi: *mandamus.* ¶ Caſus literalis. Inter archiepiſcopũ Nicoſien. & ſuffraganeos eius ex vna parte: & regẽ & barones & alios nobiles regni cypri ſuper quibuſdã decimis quæſtio orta fuit. ſed mediante albano epo tunc legato inter eos amicabilis compoſitio interuenit: hoc adiecto in compoſitione ꝙ quàm cito per ſe.ap.fuerit cõfirmata ſtatim debeat executioni mãdari. poſtmodũ papa illam confirmauit & ad maiorem ſecuritatem tenor compoſitionis inſertus fuit in ipſa cõfirmatione. ipſi tamẽ nobiles ipſam compoſitionẽ ſeruare nolebãt ſumentes occaſionem ex eo videlicet ꝙ verbũ cõfirmationis ſecundum ſtylũ eccleſiæ romanæ præcedit tenorẽ compoſitionis. i. in literis cõfirmationis premiſit papa verba illa cõpoſitionẽ factam per legatũ confirmamus ſicut ſine prauitate pro uidè facta eſt. & ex eo videlicet eã ſeruare nolebãt: qa clauſula illa cõſueta ſicut ſine prauitate facta eſt in literis cõfirmationis cõtineꝫ. cũ per hoc nõ videbaꝫ ſimpliciter cõfirmata: ſed ſub conditione videlicet ſi iuſtè lata eſſet propter quod archiepiſcopus & ſuffraganei eiꝰ ſignificauerũt hoc do. papę: vnde ipſe mãdat prædictis nobilibus quatenus ſi prędicta vera ſunt cõpoſitionẽ illã adimplere procurent. Bern. ¶ † No. primò ꝙ vbi exprimitur tenor rei confirmatæ[a] alio nõ expreſſo videꝫ princeps confirmare ex certa ſciẽtia etiam ſi in literis confirmationis ſit appoſita illa clauſula ſicut ſine prauitate &c. ¶ † Secũdò not. ꝙ vbi inter partes componẽtes expreſsè fuit actũ vt non valeat nõ intercedẽte confirmatione principis: debet intelligi de cõfirmatione obtinẽda ex certa ſcientia: nõ aũt de cõfirmatione obtinenda in forma cõi. & hæc potuit eſſe ratio dubitãdi hîc. Nã fortè dicebãt iſti homines cypri ꝙ nõ erat adimpleta conditio per illã confirmationem factam cũ illa clauſula, quaſi illa clauſula faceret confirmationẽ cõditionalẽ: ſed hoc nõ habuit obſtare qa tenor cõpoſitionis erat inſertus in cõfirmatione. & dic vt plenè dixi in.c.pręcedenti. vbi declaratur materia huius.c. ¶ † No. vltimò. ibi. *per clauſulam conſuetã &c.* ꝙ illa clauſula ſicut ſine prauitate. de ſtylo curiæ ponit in oĩbus confirmationibus ſiue ex certa ſcientia ſiue ĩ forma cõi factis. ſed vbi cõfirmatio fit ex certa ſcientia: tũc dictio ſicut ſtat cauſaliter[b] pro qa: in forma cõmuni ſtat conditionaliter. Rationẽ diuerſitatis dixi in.c.pręcedẽti. ¶ In glo.j.in fi. & intelligit Inn. ꝙ cõpoſitio hîc interuenit ſuper tẽpore loco & perſonis quibꝰ decimæ eſſent ſoluendæ: non autẽ ſuper quantitate diminuẽda. & dicit Io. and. ꝙ ſuper quantitate diminuenda potuit interuenire cõpoſitio, ideo expectabatur cõfirmatio papæ. vnde ſi tenemus intellectum Inn. ſatis procedit dictum Gof. hîc qui dicit quòd ſi legatus voluiſſet cõfirmare ſatis conualidaſſet illam cõpoſitionem. ſed ſi tenemꝰ pręcedentem intellectum: tunc legatus non potuiſſet, ſed neceſſaria erat authoritas papę iuxta not. in.c.à nobis.de deci. ¶ † Not. bene hoc dictum. quòd nullus citra papam poteſt validè componere ſeu compoſitionem confirmare ſuper quantitate decimę diminuẽda. ¶ In glo.ij. ibi. *ſed nunquid neceſſarium &c.* Not. bene glo.[c] vſq; ad fin. ex qua limitatur auꝫ. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. &.c.j.de fid.inſtru. Et intelligunt doct. quòd facit fidem quò ad inſerta ibi etiam ſi eſſent contra ius commune: quia papa videtur diſpenſaſſe ſic confirmando ex certa ſcientia. Intelligunt tamen quando confirmatio fuit facta partibus inſtantibus, vel de conſenſu ipſarum. aliâs enim non faceret fidem de tenore compoſitionis. Ego limitarem ſecundum ea quæ leguntur & notan. in cle.j. de proba. ¶ In glo.penul.in fi. declara iſtam gloſ. prout dixi in.c.pręcedenti.

a ¶ Si in confirmatione per papam ſit incertus tenor rei dicit facta confirmatio ex certa ſciẽtia etiã ſi in ea ſit inſerta clauſula ſicut ſine &c. & idem. d. Anto. hic in vlti. colũ. &. d. Bar. de bel. ĩ addi. multũ exclamans & formaliter dicẽs tene menti ſingulariter: quia eſt peregrinũ. & not. perpetuò iſtud ſolenniſsimũ dictũ ꝑ limitatiõe. c. qa diuerſitatẽ. cũ his quæ habentur de conceſ. prẽb.

SEBA. SAPI.

a ¶ Cõfirmatæ. Vide ad hoc multa congeſta ꝑ Fel. in c. cũ inter. col. j. cũ tribus ſequẽtibus ſ. de excep. & aliqua ponit, ĩ. c. nõnulli. in prĩci. col. xiij. in quarta fallẽtia. ver. ſecundò contra iſtam quartam fallentiã. ſ. de reſcri.

ZACHARI.

b ¶ Dictio ſicut, ſtat cauſaliter. Adde qualiter ponatur iſta dictio per iſtũ in.c. quia. v. nu. 6. & ibi poſui ĩ apomeis. in ver. dictio ſicut. ſ. de iudi.

ANT. FRAN.

¶ De hac dictiõe ſicut, qũo & qualiter ponatur, vel cauſaliter, vel ſimilitudinariè vide Bal. Sal. & Pau. de ca. in. l. edita. C. de eden. & vide per Bar. in cõſi. ſuo incip. teſtator legauit. & no. doct. in c. prout. de do. & contu.

c ¶ De materia huius gl. vide pleniſsimè per Ioã. ca. & do. Ant. in cõmẽ. c. poſt ceſsionem. de proba. & aliquid ꝑ eundẽ do. Ant. in.c. ex inſinuatione. ſ. de reſcrip. & per gl. & doc. in. c. j. ſ. de fi. inſtru. & per glo. xix. diſt. c. ſi romanorũ. & in. c. vt veterũ. ix. diſt. & gl. in. c. cũ in iure peritus. de offi. dele. & idẽ ꝙ hæc gl. dicit Arch. in. c. præſentiũ. circa prin. vĩ. q. j. & vide plenè glo. in. c. cõtra morẽ. c. diſt. & in c. abbate. j. de ver. ſig. & d. Ant. ĩ. c. j. de fi. inſtru. in pe. col. ver. ad ſecũdũ an adhibeaꝫ. & ad de elegans. d. Bal. & Ang. in. l. ſciendũ. dever. obl. vbi dicũt ꝙ ſi petitur executio inſtrumẽti cõtra fideiuſſorem nõ põt petere fideiuſſor ꝙ producaꝫ inſtrumẽtum principalis debiti, dũmodo ĩ hoc inſtrumẽto clarè contineaꝫ ꝙ ipſe fideiuſsit pro tali debitore in tãta quãtitate. & ita dicit Ange. in auꝫ. vt ſpõ. ſar. §. & hoc inſuper. & Bal. in auꝫ. ſi qs in aliquo. in fi. co. C. de edẽ. & Flo. ĩ l. ab ea parte. ff. de proba. & facit. l. ſi donatio. & qđ ibi not. Bal. C. de do. & qđ no. idẽ Bal. in. l. inciuile. ff. de le. qđ tñ fallit niſi fideiuſſor in executiõe peteret ſibi cedi actiones per creditorẽ cõtra debitorẽ principalẽ: qa tunc cogit̃ producere inſtrumentũ principalis debiti. vt dicit fing. Bal. in. l. nomẽ. ff. de hære. vel act. ven. Itẽ vide Do. in .c. j. in prin. iiij. col. ver. quæro an litera exemplata. de ſen. excõ. in. vj. itẽ de materia etiã vide per Bar. ĩ. d. auꝫ. ſi qs in aliquo in vlt. col. ver. venio ad aliam materiã. & vide quod no. do. Anto. in. c. nonnulli. in. §. j. in ĩ. co. de reſcri. vbi ponit ſingulare verbũ. & qđ not. glo. & Ange. in. d. l. ſi donatio.

SVMMARIVM.

1 *Legatus etiam de latere non poteſt concedere eccleſiam alicui in præiudicium iurium quæ debẽtur dioceſano loci.*

Legatus etiam cardinalis non poteſt eximere aliquam eccleſiam à iuriſdictione ſui ordinarij.

